pytle ham lampyphte; 1568.

Archaionomia

ΑΡΧΑΙΟΝΟΜΙΑ,

SIVE

de priscis anglorum legibus libri, sermone Anglico, vetustate antiquissimo, aliquot abhinc seculis conscripti, atq; nunc demum, magno iurisperitorum, & amantium antiquitatis omnium commodo, è tenebris in lucem vocati.

¶ *Gulielmo Lambardo interprete.*

¶ *Regum qui has Leges scripserunt nomenclationem, & quid praeterea accesserit, altera monstrabit pagina.*

LONDINI,
ex officina Joannis Daij.
An. 1568.

Cuj cupit immunem poenis traducere vitam,
Haud decet in patrijs Legibus esse rudem.



In hoc opere continentur,

Leges { *Inæ*, Occiduorum Saxonum Regis. *Aluredi*, totius Angliæ Regis.

Fœdus *Aluredi*, & *Guthruni*, Regum.


Leges *Edouardi*, Regis Angliæ.

Fœdus *Edouardi*, & *Guthruni*, Regum.

Leges { *Ethelstani*, Regis Angliæ. *Edmundi*, Regis Angliæ. *Edgari*, Regis Angliæ. *Ethelredi*, Regis Angliæ. *Canuti*, Regis Angliæ, *Daciæ*, & *Noruegiæ*.

Atq; hæc quidem omnia Latinè reddidimus.

Accessere præterea latinè conscriptæ leges, quas Regem Edouardum (confessorem vocant) tulisse, & Gulielmum eius nominis primum approbasse. Scriptores pleriq; omnes prædicant.



Ornatißimo viro, GULIELMO CORDELLO Equiti aurato, & Serenissimæ Reginæ ELIZABETAE ab Archiuis, Gulielmus Lambardus.

S. D. P.



RÆCLARE *mea quidē Sententia Heraclitus (vir præstātißime) leges ciuitatis murū, atque vti mœnia defendēdas affirmauit. Quemadmodū enim hostes exteri atque longinqui, ciuitatem oppugnaturi, si ad muros aßilierint atque occuparint, non leuem inclusis minitantur mortis, & vastitatis metum: ad eundem modum ciues improbi, hostium teterrimi, si leges impunè transilierint atque protriuerint, maximā important Reipub. calamitatem. Atque, vt ipsa ciuitatum mœnia, quamdiu firma fixaque man-*

manserint, nec vllo inimicorum impetu conuulsa, sed diligenti eorum qui sunt in speculis obseruatione custodita, magnum facessunt hostibus negotium, certãque ciuibus salutem pollicentur: ita etiam leges, quamdiu assidua fuerint magistratuum vigilia conseruatæ, summaque eorum administratæ diligentia, nec vllis vnquam improborum obtritæ conatibus, magnis, meritisque afficiunt malos supplicijs, bonos tuentur, eisque muri, & tranquillitatis propugnacula existunt. Cum igitur cõstet, ad salutem populorum, regnorum incolumitatem, vitamque omnium quietam & beatam conditas esse leges, omnesque (quantum viribus eniti, & consilio prouidere possint) has defendere, augere, ac locupletare deceat, non potui aut adeo in patriam ingratus, in antiquitatem inofficiosus, aut mei ordinis tam esse immemor, quin rudera, saxaq; hæc vetustissima, à situ,

tu, squalore, & tenebris liberata, quorũq; alia ad mœniorum robur, ad ornatũ alia, atq; ad vtilitatem faciant omnia, in lucẽ proferrem, detergerem, palamq́; omnibus visenda collocarem. Id autẽ (vir Ornatißimè) quale sit planius vt intelligatur, tibi rationem incœpti mei breuiter aperiendam putaui. Obtulit mihi superiori anno Laurentius Noelus, diligentißimus inuestigator antiquitatis, mihique multa & iucunda consuetudine coniunctus, ac qui me (quicunque in hoc genere sim) effecit, priscas Anglorum leges, antiquissima Saxonum lingua, et literis conscriptas, atque a me (quoniam ei tũ erat trans mare eundum) vt latinas facerem, ac peruulgarem vehementer flagitauit. Huius ego postulationi æquæ & honestæ, cum prorsus refragari religio fuerat, non tamẽ protinus concesßi, verum vbi & ipse sæpius auidißime lectitaßem, & amicorũ non

nullos (quorum ego tanti facio iudiciū, vt facile eorū credo sententiam me ab oībus Criticorū calūnijs vindicaturā) ea de re consuluisse, hanc tandē suscepi prouinciā, atq; vt illi obsequēdo, reipub. inseruirē, vt potui difficultatē superaui. In qua, (vt de re etiā ipsa nōnihil dicā,) si cuiquā videbor haud rectā locorū oīum eruisse sententiā, ad arctā interpretis legē nō formasse sermonē, tenui vsus orationis filo, nullo verborū apparatu, nullis deniq; rem copijs instruxisse: Huic ego respōsum cupio; primo, dedisse me quidē operā, vt fidelis, perspicua, et (quoàd eius facere potui) latina, nec horrida esset translatio nostra, fidelitatis autē et euidētiæ (in re presertim obscura et ignota) quā maximè habuisse rationē: deinde nō sēper in eo vt verbū pro verbo redderē laborasse, sed germanū potius indagasse rei sensū, magisq; τὴν διάνοιαν, quā τὸ ῥητὸν vestigijs cōsequutū: Doctis deniq; præbitā a me, nō præreptā, demonstratam, nō dēp-

tam

tā cōuertendi materiā, meq; benignè concessurū, vt quae per me saluae sunt veteres sacrataeq́ leges, per alios sint ornatae. Atq́ vt ingenuè id quod res est de me fatear, nō potui certè pro sua dignitate hanc Spartā exornare, neq́ adeò me satis idoneū profiteor regiae volūtatis internūtium, Tamē ne aut haec Saxonicè scripta venerandae vetustatis monumēta, diutius cū tineis blattisq́ cōflictarētur, aut latina, ita quidem (prout hactenus) infantia, vt vix tria verba sine turpissimo sermonis et sentētiae vitio deprehendas circūueherētur, mihi propemodum necessariū putaui hoc onus laboris suscipere, et quantū interpretando possim experiri. Iam vero ne quis domi nostrae has natas esse leges arbitretur, planè suscipio atque profiteor, magna fide et religione ex vetustissimis (vt quae ante quingētos annos, vti coniectura autumo, saxonicis depicta sunt literis) exēplaribus fuisse desumptas, quorū pleraq; in Reuerend. in Christo patris,
 atq́

atque optimè de Antiquitate meriti, D. Matthei Cantuariensis Archiepiscopi Bibliotheca, alia aliorum in librarijs visenda supersunt. Cœterum, vt finem aliquẽ orationi nostræ faciamus, cũ duo sint hac nostra tẽpestate hominũ genera, qui summa inter se contentione digladiantur, vetusti nimirum erroris patroni, & renouatæ religionis vindices, quorumq; alij propter nõnulla quæ haud probanda videtur, auidè has nostras leges (quasi diuturnam sitim explere cupiẽtes) arripient, alij tanquam feculentas aspernabuntur, ac respuent, alterutros ego paucis admonitos velim, Hos quidem, ne vinum quòd fex subsit reijciant, illos vero de fece ne hauriãt. Habes nunc igitur, & instituti mei rationem, & laboris consilium, in quibus vt pios & candidos lectores omnes æquiores me iudices habiturũ confido, quod doctis hanc conuersionem qua se exerceãt, in do-

ctis quæ se iuuent, vtrisque autem quæ se delectent exhibeo, ostendo omnibus, obtrudo autem nemini: ita difficiles & morosos illos, quibus nec Iupiter ipse, serenus, aut pluuius, vt est in prouerbio, placere poterit, nec fauturos sperabo, neque inuidentes metuam. Tibi vero (vir præstantissime) cui & plurimum debeo, & qui hoc munere quam dignissimus esse videre, meos in hoc campo susceptos labores dicandos arbitror: Primum, quia in iuris & legum interpretatione florentissimus et es, et haberis: Deinde vt singularis meæ erga te beneuolentiæ perpetui sint testes. Postremo, quò tu qui Serenissime reginæ Elizabetæ Tabulario præsis, veteres has clarissimorum Regum tabulas tuo fœlicissimo sapientissimoque patrocinio tuearis. Accipe igitur benigna manu hoc munus literarium, quo edendo si benè nauatam operam meam, si tibi conatum meum probari intellexero,

lexero, non modo ad peruulgandas latinas Henrici primi regis institutiones animos mihi addideris, verum etiam ad recondita Saxonicarum legum Aluredi, Ethelredi, aliorumq́ regum fragmenta inuestiganda studium incenderis. Atq́ ita tandem fieri poterit aliquando, vt ductu auspicioq́ tuo, Anglicarum legum memoria (quæ res vna ad summam earum existimationem desyderãda videtur) ab Ethelberto rege, qui primus anglorũ sacro tinctus est baptismate, ad hoc nostrum tempus ætatis amplissimis literarum monimentis erit consignata. Vale. Ex hospitio nostro Lincolniensi.

Mens. Septembris. 1568.

¶ Tui studiosissimus.

GVLIELMVS LAMBARDVS.





Quò facilius lectores, nulloq; ferè negotio,

Saxonica legant, ac legentes aliquo modo ediscere possent, Alphabetum primò apponendum duximus.

A	*a*	l	*l*	ƿ	*w*
b	*b*	Ꮇ	*m*	x	*x*
c	*c*	n	*n*	ẏ	*y*
ð	*d*	o	*o*	Æ	*Æ*
Є	*e*	p	*p*	Є	*æ*
ꝼ	*f*	q	*q*	Ð	*th*
ᵹ	*g*	ꞃ	*r*	ð	*th*
h	*h*	ſ	*s*	þ	*th*
ı	*i*	ꞇ	*t*	⁊	*and*
k	*k*	u	*u*	ꝥ	*that*

Comma apud illos hoc modo . notatur

Periodi forma hac ; nos vsi sumus.

¶ *Hæc igitur cum in perfacili cognitione versentur, non est quòd diffidant lectores se posse intelligere, si modo cupiant, ipsum etenim literarum genus pro maiori parte vel hodie vsitatũ, Sermo itidem aut vulgaris est, aut nõ ità multùm a vulgari intelligentia remotus.*



Rerum & verborum in hac translatione præcipue difficilium explicatio.

ADuocare & *aduocatio*, Saxonicè, tẏman ⁊ team. *Est propriè* tẏman *propagare*, team *soboles, & propagatio: per translationem vero, aliū patefacere, atq; in mediū proferre. Erat enim in more positum, vt si quis rem furto surreptā mercatus, eandem alteri vēdidisset, atq; is porro rem illam alteri cuiquam alienasset, idemq; fecissent alij præterea plures, Domino tamen per leges licebat rem suam vbiuis deprehensam suo sibi iure vendicare. Tum vero eius (quem penès res erat deprehēsa) partes erant, venditorem proferre, causæq; illum aduocare, vt is venditionem præstaret, atq; in se reciperet. Is demū causa aduocatus, alium citabat aliquem, atq; ita alio alium aduocante, in ipsum tādem furti autorem culpa transferebatur. Nos Gallicè* voucher al garrantie *cuius est frequens in legibus mentio, appellamus.*

Voucher al garrantie.

ƿeꞃe.

Æstimatio *capitis*, Saxonicè ƿeꞃe *id est, precium hominis, vox a* ƿeꞃ *quod hominē sonat ducta. ego a Iustiniano (de peremptì corporis æstimatione verba faciente) edoctus, corporis, & capitis æstimationem verti. Coniectura est, eaq; non leuis, haud ita multis scatuisse prisca tempora sceleribus, quippe quibus rapinæ, furto, cædi, plurimisq; alijs facinoribus mulctæ imponebantur pecuniariæ, cum his hac nostra tempestate nos omnibus meritò capitis pœnā irrogamus, quod quantis nostris peccatis venerit, nō potest sine molestia cogitari. Inter alias, capitis erat æstimationis mulcta, atq; eius rei gratia æstimabantur quiq;, & a summo ad infimum capite censebantur singuli. Hinc enim alius* tƿelf-hẏnꝺmon. *quasi* tƿelf hunꝺ mon, *quòd capitis eius æstimatio* 1200. *solidorum esset, dicebatur: alius* Sixhẏnꝺmon. *quia* 600: *alius* tƿihẏnꝺmon. *quod* 200. *valebat solidis, nominabatur. Rex Henricus qui id nomen habuit primus, litteris publicis signo regio munitis, ciuem quemq; Londinensem* 100. *solidis æstimabat. Hanc capitis æstimationem, scriptorum vulgus* Weram *nuncupat.*

tƿelf-hẏnꝺmon, &c.

Wera.

Amphora, Saxonicè ambeꞃ, *quasi ampher*, ἀμφορεὺς *di-*

ctio

*tio Græca vasis vinarij genus, & mensuram significat, Sic dicta quòd duas habeat ansas, atq; ex vtroq; latere prehensa feratur. Continet autem vt tradunt nonnulli sextarios 48, Sextarius alijs vnciarum est viginti, alijs viginti & quatuor, atq; ita Amphora hæc nostra ad id genus mensuræ quod nunc vulgò (*firkyn*) dicitur proximè accedit, neq; vero omnis euanuit vetusti illius nominis memoria.*

Arationis *elemosyna*, Saxonicè Sulhælmeſſ. Sulh, *vel potius* Sullow (*verbo paulùm immutato*) *plurimis in locis etiam nunc aratrum significat:* ælmeſſ *notioris est significationis vocabulum, quam vt interprete indigeat vllo. Ego me legiſse memini in vetustiſsimo quodam legum Ethelredi Regis libello, impositum tunc temporis in singula aratra denarium vnum. Ea fortasſis pensio est, quam illi* Sulhælmeſſ *appellabant.* Sullow.

Capitales *inimicitiæ*, Saxonicè ꝼœþh. *nomen a* ꝼah *quod aduersarium sonat exortum, atq; a borealibus Anglis hac nostra memoria vsurpatũ. Illi verò dictione non ita multũ a priori diſsidente,* fewd, *&* Deadly fewd *appellant. Erant quidem inimicitiæ primis temporibus illis iustæ, & cæsi cognatis nonnunquam legitima fiebat (si id res posceret) necem vlciscendi, & domestici sanguinis pœnas expetendi potestas. Ego (quam bellè aliorũ esto iudicium) eam agendi in iudicio formulam, siue actionem cognatione proximo concessam, quã vulgò* Appeal de mort *dicimus, huius effranati, ac precipitis furoris in locum succeſsiſse conijcio. Inimicitias capitales Carolus magnus in libello (cui nomen capitulare inditum)* faidam *appellat.* Deadly fewd. Appeal.

Centuria, *Saxonicè* hundred *a numero centum hominũ appellationem habens. Aluredus Rex vbi cum Guthruno Daco fœdus inierat, prudentiſsimum illud olim a Ietrone Moysi datum secutus consilium, Angliam primus in Satrapias, centurias, & Decurias partitus est: Satrapiam* Scyre, *à* ſcyran, *quod partiri significat, nominauit: Centuriam* hundred: *& Decuriam* teoþung *siue* tienmantale, *id est, Decemuirale collegium appellauit. Atq; eisdem nominibus vel hodie vocitantur. Ac ne quis ignoret, decuria ex decem viris consta-* Ingulp. Croyland. Shyre.

bat, quorum singuli vniuscuiusque sistendi fideiussores erant, & si quid eorũ aliquis dedisset damni, id omne reliqui resarcire debebant. Atq; hinc nouem illi quidem ꝼꞃeoboꞃh id est, ingenui fideiußores dicebantur, Nos in titulis curiarũ francos plegios appellamus: Decimus ille ꞇeoꝺunꞅmon id est, decurio dictus est, quo nomine hac nostra est tẽpestate occidentalibus Anglis notißimus: Eum tamen alij ꞇienheoꝼoꝺ, alij ꝼꞃeoboꞃheꞅheoꝼoꝺ, id est vadem primarium, & præcipuum nuncupabant: Cantij etiamnum borsholder corrupte pro boꞃheꞅ ealꝺoꞃ id est, vadem primum, vocant. Centuria quidem ex Denis erat Decurijs conflata, quemadmodum & centenarium numerũ decies decem conficiunt. Hanc etiam Transtrentani alio nomine, verum nec in vulgus ignoto, ƿæpenꞇac appellabant. Sed reuocetur vnde est digressa oratio, Decreuit tum porro Aluredus, liberæ vt conditionis quisq; in Centuriam ascriberetur aliquam, atque in decemuirale aliquod conijceretur collegium: De minoribus negotijs decuriones vt iudicarent, ac si qua res eßet difficilior, ad Centuriam deferrent: Difficillimas denique & maximi momenti lites Senator, & præpositus in freqũeti illo ex omni Satrapia conuentu componerent. Modus autem iudicandi quis fuerit, Ethelredus Rex, legum (quas frequenti apud vanatingum senatu sanciuit) capite quarto, his ferè verbis exponit. In singulis (inquit) Centurijs comitia sunto, atq; liberæ conditionis viri duodeni, ætate superiores, vnà cum præposito sacra tenẽtes iuranto, se adeò virum aliquem innocentem haud damnaturos, sontemue absoluturos. Huic etiam non dissimile est illud duodecem virorum iudicium, quod in Anglia Walliaq; sapientum consulto, (quodque nos hodie per medietatem linguæ appellamus) Fol. 91. reperitur. Quæ cum ita sint omnia, viri intelligentes iudicent, quam diligenter omnia veterum monimenta perscrutatus sit Polydorus, qui lib. Anglic. hystor. nono, ex centum hominibus electos fuisse Decemuiros, adeòque Gulielmum Regem terribile illud (ita enim loquitur) duodecem virorum iudicium introduxiße contendit, verum danda erat homini iuris nescienti venia.

visus franci plegij. Tithingmã. Borsholder. Hundred. Wapentac. Courtlete. Hundred. County court. Iurie de 12. per medietatem linguæ.

Colonus, Saxonicè ꞅebuꞃe Villicus ad certum censum

sum singulis annis pendendum ascriptus. Belgæ hac nostra tempestate rusticos Bowres *appellant, quos nos hodiè contracto vocabulo* pro colonis, *clownes appellamus.* Bowres. Clownes.

Compensatio *mortis,* Saxonicè Manbote, Man *homo est,* bote a bettan *quod compensare significat ductum, compensationem sonat. Nonnulla quidem perempti corporis æstimationis pars, cæsi domino compensationis loco tributa est, eaque solutio* Manbote *dicebatur.* Videas igitur quæ habentur in legibus Inæ, capit. 69.

Contubernalis, *Saxonicè* gegylda, *quæ vox a* gyldan *quod soluere sonat fluens, vnà pariter soluentem significat. Ipsus est quem alijs in locis* geфeрa *dicunt, id est, socium, & vitæ comitem. Erat enim superiorum temporũ consuetudo, vt isti (quos diximus) decemuiri, pecuniam in vnum conferrent, atque interdum vnà cum socio cædis conscio ad perempti corporis æstimationem explendam contribuebant, nonnunquam etiam illis compensationis nomine æstimationis pars soluta est aliqua. Hoc veteres contubernium* gyldscip *nominabant, atque ego hinc facile crediderim natum, quòd religiosorũ aliquot societates, et mechanicarum artium ordines* gylder *dicantur.* Gilde, & gildhall.

Conuentus *ex omni Satrapia,* Saxonicè gemote, a gemettan, *quod est conuenire. Id aliàs* folcgemote *(præposito* folc *quod populũ significat) aliàs* Scyregemote *(a* Scyre *de quo anteà a nobis dictum est) nuncupatur. Eius duo sunt genera, quorũ alterũ hodie* le countie court, *alterũ* le turne del vicount, *vulgo appellatur. Priorem illum conuentum Edwardus Rex singulo quoque mense, posteriorem Edgarus bis quotannis celebrandum instituit. Londinenses etiam nunc celebrem ex omni ciuitate conuentum,* Folkmote *verbo paulum contracto, dicunt. Leguleij suos ad iuris exercitationes obeundas congressus, vel hodie* Motes *appellant.* County Turne. Folkmote. Mootes.

Custos *paganus,* Saxonicè Siþcundman, *nomen a* Siþian *quod est proficisci, vel iter facere, exortum. Coniectare lubet eos esse, quos nunc Iureperiti* legales milites, *(non dico equites auratos)* Liberi & legales milites.

auratos) appellant. Num autem hi fuerint, quos hodie Londi-
Sideman. *nenses* Sidemen *appellant, aliorum per me liberum esto iudiciũ.*
Ego vero (si mihi itidem liceret liberè id quod sentio dicere) pro-
nunciarem potius Armiferos *esse, &* duces quosdam paga-
nos: *Eorum etenim muneris erat, atq; officij, in profectione mi-*
litari se præbere quam paratissimos.

Tithing. Decuria, *Saxonicè* teoþung, *verbum idem valens. Quæ*
fuerit Decuriæ Origo, ac forma, satis est anteà a nobis in dicti-
one Centuria *explicatum. Hoc tantum subijciam, Mirabiles*
illud vnum Aluredi (vel potius Ietronis) consilium allaturum
Reipub. vtilitatis fructus, si veræ Decuriæ solidam teneremus i-
maginem, nec amplius vmbra vteremur. Verum hoc alij vide-
rint, ego quæ reliqua sunt persequar.

Demetæ, *Saxonicè* ƿentsætas, ƿent *Australem sonat*
Walliæ *regionem,* sæta a sittan *(quod est sedem habere)*
Somerset. *fluit, atq; habitatorem significat. Hinc igitur* monticolæ
Dunseta, a Dun *quod mons est, dicuntur:* Sumersetensis
etiam Satrapiæ habitatores, a Sumor *(quod ad austrum ver-*
gant) Sumorsætas *appellantur. Syluester Giraldus in sua*
South-wales. *Wallia Tophgraphia, Australem Cambriæ regionem* Demetiã
nũcupat, habitatores Lelandus, atq; alij ferè omnes Demetas *ap*
pellãt. Neq; interim desunt, qui Australes Wallos in Cornubia
Guliel. malmesbur. *locant, atq; ingenti illo maris brachio (quod ab occidente terram*
intrans, ad dextram Cornubiam, ad leuam Walliam abluit) a
borealibus Wallis disiunctos existimant.

Heryot. Hereotum, *Saxonicè* heregeat *vocabulum ab* here
(quod exercitum sonat) effictum, atq; armamenta, siue belli in-
strumenta significat. Constat sanè Hereotum *his primis tem-*
poribus nomine apparatus bellici dominis tributum, id quod etiã
nunc aliquibus in locis obseruatur. Datur quidem & hodie pas-
sim Hereotum, *sed longè ab hoc nostro diuersum. Immo quod*
Relief. *hac nostra memoria Gallicè* relief *dicitur, veteris illius hereoti*
vim obtinet. Coniectura est igitur, Normanos victores Anglis
victis, omniq; spoliatis armatura, heriotum *remisisse, atq; a mi-*
seris pecuniam exigisse.

Hyda *terræ*, Saxonice Hydelandes, *fundi mensura, quæ* Mathæo Parisiensi, Ioanni Londinensi, *& veteribus bene* Hyde. *multis tanta erat terræ portio, quanta vnico per annum arari & coli poterat aratro.* Geruasij Tilberiensis, *Henrici secundi Nepotis, quem legi (inscriptus* de Scaccario *) Dialogus, ex centum acris hydam constare exponit.* Acra *verò constat in longitudinem ex perticis (vt vocant)* 40. *in latitudinem* 4. *Ac perticæ longitudo est*, 16. *pedum & dj. Illud interim verum est*, Ecclesiasticæ Bedæ hystoriæ *interpretem, eam terræ portionem quam latinus codex* familiam *vocat, Saxonice* Hydelandes, *plurimis in locis vertere. Beda autem idcirco familiam vocat, quòd ad familiam alendam sufficiat. post eum alij* manentem, *alij* mansam *appellarunt. Tantum abest vt terræ* hyda *ex vicenis constet acris, quemadmodum Polydorus, atq; alij eum sequuti tradiderunt.*

Iudicialis *liber*, Saxonicè dombec *frequens est in his legibus iudicialis libri mentio, neq; interim quis fuerit vsquã apparet. Bedas libro ecclesiasticæ hystoriæ.* 2. *cap.* 5. *ait Ethelbertum, cantiæ Regem, scripsisse idiomate Saxonico libellum, cui nomen indidit,* Decreta iudiciorum, *atque iudicia illa vel suæ memoria tradit fuisse obseruata. Hic noster etiam Aluredus in præfatione, fatetur se ex Ethelberto sumpsisse nonnulla. Quid plura? Asserius meneuensis (olim Aluredo regi familiaris) prodit ipsum regem Saxonicis mandasse literis* iudiciorum decreta, *verum ad nos peruenire iniuria temporum non permisit.*

Ius Dacorum, Occidentalium Saxonum, & Merciorum, *Saxonicè* Denelaga, ƿestseaxnalaga, ⁊ Myrcnalaga. *Autor est Bedas, aduolasse vnà ab initio in Angliam treis* Saxones. *Germaniæ populos:* Saxones *vel hodie notissimos:* Anglos, *gentem Saxoniæ vicinã, quorũ Regionem Munsterus* Angriam *dici, & Saxonico Duci parere affirmat: Et* Iutas. *Ex* Iutis *orti* Angli. Angria. *sunt Cantuarienses, & qui* vectem *insulam colunt: Ex* Saxonibus *profecti sunt hi, quos Orientales, Australes, & Occidentales Saxones nuncupamus: Ab* Anglis *Originem traxerunt Orientales Angli, Mercij, & Northumbri. horum autem omnium sedes, Heptarchiæ Tabula in hunc vsum depicta monstrabit.*

Iutæ. *Atque hic (quoniam Iutarum facta est mentio) admonendi sumus, librariorum incuria falsò haberi in latino codice vitas præposito v. pro* Iutas: *Nam liber Bedæ Saxonicus* ȝeatum *vertit, id est* gottos, *quos* Iutas *&* Iutones *fuisse antiquitus dictos, Philippus Melancton, & Matthæus Westmonasteriensis affirmant. Sed reliqua explicemus. Hij igitur vt erant moribus diuersi, patrias quique leges, atque instituta more maiorum obseruabant: Præ cæteris autem, eorum qui Occidẽtalem & mediterraneam regni regionem incolebant iura, & consuetudines vigebant: Quorum illi quidem a situ vulgò* Occidentales Saxones, *hi* Mercij *(a flluuio (vt quidã vult)* Mersey *Limitaneo, qui est in Satrapia Lancastrensi) dicebantur. vtrinsq; autem populi lex vno interdum nomine* ius Anglorum *appellatur. Longo post demum tempore,* Dacorum *gens ferocissima in Angliam fertur, atque Anglos armis Diuexat, donec* Orientalem regni partem *subegisset. Atque horum etiam tandem consuetudines enituerunt. Hinc igitur natum, vt iuris* Occiduorum Saxonum, Merciorum, *&* Dacorum *crebrius in hoc libello versata sit mentio. Cæterum ne quis suspicetur Gulielmum Normannum has leges penitus omnes sustulisse, operæ precium duxi hoc loco commemorare, quæ fuerit plus Quadringentis abhinc annis Henrici Vintoniensis episcopi, atque eiusdem Gulielmi regis ex Adela filia nepotis, hac de re opinio, atque sententia.* Geruasius *igitur* Tilberiensis *in suo (quem diximus de necessarijs Scaccarij obseruantijs) dialogo, de libro illo quem vulgò* Domesday *appellamus, verba faciens, hæc habet quæ sequuntur.* Porro liber ille de quo quæris, Sigilli regij comes est indiuiduus, huius autem institutionis causam ab Henrico quondam Wintoniensi episcopo sic accepi. Cum insignis subactor Angliæ Rex Wilhelmus, eiusdem põtificis sanguine propinquus, vlteriores insulæ fines suo subiugasset imperio, & rebellium mentes terribilium perdomuisset exemplis, Ne libera de cætero daretur erroris facultas, Decreuit subiectum sibi populum iuri scripto, legibusq; subijcere. Propositis igitur legibus Anglicanis, secũdum tripartitam earum distinctionem, hoc est, Merchenlage, Denelage, Westsexenlage, quasdam

Gotti.

Mersey flu.

Domesday

Leges Anglicæ.

dam reprobauit, quasdam autem approbans, transmarinas **Neustriæ* leges, quæ ad regni pacem tuendam efficacissimæ videbantur, adiecit. Deinde communicato consilio, discretissimos a latere suo destinauit viros per regnum in Circuitu, a quibus totius terræ descriptio diligens facta est, tam in nemoribus &c, *Hactenus Geruasius.* *id est, Normániæ

Lea *fluuius*, Saxonicè liga. *Prisci* luy *vocabant, nunc* Lee *vulgus appellat. Is est, qui* Ware, Waltham, *&* Stratford *villas alluens, septimo a* Londino *lapide in* Thamesim *diffunditur. Ostium accolæ* Leemouth *nuncupant.* Lee, & Leemouth

Libra *Saxonice* punde, *a pondo, quo nomine vel hodie appellatur. Libra his primis temporibus, 48. solidos valebat argenteos: Solidus vero, qui est apud nos pars libræ vicesima, denarios per id temporis continebat quinq; nunc duodecem. Atque ita fit, vt libra ex* 240. *denarijs constaret: quemadmodum etiam nunc constat. At tum quidem* 240. *denarij pondo vnum grauitate exæquabant, id quod nunc* 720. *denarij, vix, aut omnino non assequuntur. Huius autem rei monimenta certa extant, in denariis argenteis tempestate* Ethelredi *regis excusis.* Libra. Solidus. Denarius.

Mancusa, *&* Marca. *Saxonicè* Mancus 7 Mearc, *Numus, argenteos* 30. *valens Denarios.* mancusa, quasi manu cusa. Faius Londinēs. Marca.

Monticolæ, *Saxonice,* Dunsetas a Dun, *quod montem sonat, &* seta, *de quo anteà a nobis dictum est. Hos Walli hac nostra tempestate* Gwer Blayny *appellant.*

Mulcta *nomine colli obstricti,* Saxonicè healsfange. *vox ab* heals *quod collum sonat, &* fang *(quod a* fon *ductum, captum significat, composita: atque ita* healsfang *ad verbum est,* collum obstrictum. *Erat id temporis fortasse in more positū (vti nunc est)* Numellis *colla hominum constringere, quod genus vincli lignei leges nostræ in pistores lata,* collistrigium *appellāt: Nunc vulgo* pillorie *dicitur. versa est hac tādem pœna in mulctam pecuniariam, atq; non desunt qui decem fuisse solidorum affirmant.* Pillorie.

Mulcta. Mulcta *legis violatæ*. Saxonicè lahslite. *Verbum a* lah & slite *compositum*, lah *legem significat*, slite *a* slittan *fluens, ruptum sonat: atque hoc modo* lahslite, *ius ruptũ & violatum valet. Duo reperiuntur in his legibus mulctarum genera: alterum in lege ipsa præscriptum atque expreßum: alterum minime quidem in singulis legibus explicatum, notum tamẽ, & cuiusque personæ consentaneum, atque id* lahslite *appellatur. Ego etenim me legiße memini, legis violatæ mulctam* Thano *irrogatam fuiße Marcarum quinque*: homini fundum ex scripto possienti, *trium*: pagano, *Orarum duodecem*. Thanus *autem*, & Ora *quid fuerit, loco dicemus apposito*.

Peter pẽce. *Numus Romæ pendendus*. Saxonicè Romefeoh. *Occiduorum Saxonum Rex olim Inas Romam religionis ergò pergens, circiter annum salutis humanæ. 720, Denarium domesticatim pendendum papæ conceßit. Atque hinc est, quòd illud vectigal alio interdum nomine* Rompeniȝ *dicebatur*.

Ora, *vox à Saxonico* ore *quod metallum significat efficta. Ego in vetustißimo codice legi, ex quindecem* Oris *constare libram, cui tamẽ opinioni haud facile aßentior, quippe qui* Oram *ex nomine æreã fuiße conijcio, adeoq; tanti valuiße non existimo*.

Ordell. *Ordalium*. Saxonicè Ordæl, *Dictio ab* or & dæl *composita*. or *priuatiuum est, quemadmodum apud Græcos* α, *apud Latinos, in, vt in dictione græca* ἀβλαβὴς, *Latina innoxius, videre licet*: dæl *partem sonat, atque hoc modo* Ordæl (*vt verbum verbo reddã*) *expers est, id est, criminis expers, Erat etenim* Ordæl *criminis purgandi modus, cuius duo fuerunt genera, alterum ignis, alterum aquæ ordalium dicebatur. Igneum illud solitum est hoc modo perfici. Reus aut perpauculis paßibus incedens, ferrum nuda manu candens ferebat, aut nudo currens pede, super ignitos quosdã gradiebatur vomeres. Ferrũ illud vnius erat interdũ libræ, quod illi* simplex Ordalium, *pondo interdum tria, atq; hoc illi* triplex Ordalium *appellabant. Eum illi insontem (incolumis si fortè euaserat) pronunciabant, Sin igne perustum de-*

prehenderent, damnabant criminis. Aquarij *itidem duo fuerunt* Ordalij *genera: Aqua nimirum frigida, & feruentis. Aut enim in aquam gelidam accusatus immissus est totus, atque tum (vt eorum ferebat opinio vehemens) criminis purus in fundo residebat, sceleris vero conscium aqua protinus a se reijcebat, Aut in aquam denique ebullientem, manum cubito tenus immergebant, atque de reo & innocenti (quemadmodum a nobis superius dictum est) decernebant. Viris tantummodo nobilibus, atque ingenuis ignei illius Ordalij quæstione facta est sese purgandi potestas, Rustici vero & pagani in aqueū detrusi sunt Ordaliū. Operæ pretiū erit, ad diuulgandā illorum temporum Barbarā, & plerisque inauditam (superstitionem dicam an immanitatem?) aliquam eius rei formulam, quam vel ad tempora Ioannis regis Angliæ stetisse deprehēdi, ex vetustissimo codice excerptā inscribere.* lege Glanvill. fol. iii.

Hic incipit ordo Iudicij, quo rei aut innoxij probatur ferro candēti. Post accusationē legitime factā, & triduū in ieiunijs & oratione consumptū, Sacerdos vestibus sacris præter casulam indutus, ferrum ante altare positū forcipe accipiat, & hymnum triū puerorum, videlicet, *Benedicite omnia opera* decantans, ad ignem deferat, & dicat hanc orationem super locum vbi fiet ignis ad faciendum iudicium. *Benedic domine deus locum istum, vt sit nobis in eo sanitas, sanctitas, castitas, virtus, & victoria, & sanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas, & plenitudo legis & obedientia deo patri, & filio, & spiritui sancto, hæc benedictio sit super hunc locum, & super omnes inhabitantes in eo.*

¶ Benedictio super ignem.

Domine deus, pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminū. Benedic dn̄e hoc lumen quod ante sactificatū est, qui illuminasti omnem hominem vel mundum, vt ab eo lumine accendamur igne claritatis tuæ, Et sicut igne illuminasti Moysem, ita nūc illumina corda nostra, & sensus nostros, vt ad vitam æternam mereamur peruenire, per Christum &c. Qua finita, dicat pater noster &c. Saluum fac seruum &c. Mitte ei auxilium deus &c. De Syon tuere eum &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiscum,

&c. *Oratio.*

Benedic domine sancte pater omnipotens deus, per inuocationem sanctissimi nominis tui, & per aduentũ filij tui, atque per donum spiritus paracleti, ad manifestandum verum iudicium tuum hoc genus metalli, vt sit sanctificatum, vt omni demonum falsitate procul remota, veritas veri iudicij tui fidelibus tuis manifesta fiat, per eundum dominum, &c. *Post hoc ferrum in ignem mittatur, & aspergatur aqua benedicta, & dum calescit Missam celebret. Cum vero sacerdos Eucharistiam sumpserit, hominem probandum (sicut infra scriptum est) adiuret, atque communicare faciat.*

Officium Missæ.

Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, &c.

Oratio.

Absolue quæsumus domine tui delicta famuli, vt a peccatorum suorũ nexibus quæ pro sua fragilitate cõtraxit, tua benignitate liberetur. Et in hoc indicio quoad meruit iustitia tua præueniente, ad veritatis censuram peruenire mereatur, per christum dominum &c. In illo tempore, cum egressus esset Iesus, in via præcurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens; Magister, boni quid faciam, vt vitam æternam percipiam? Iesus autem dixit ei, quid me dicis bonum &c.

Deinde Secreta &c.

Antequam vero communicetur, interroget eum sacerdos cum adiuratione sic. Adiuro te per patrem, & filium, & spiritum sanctum, & per veram christianitatem quam suscepisti, & per sanctas reliquias quæ in ista ecclesia sunt, & ꝑ baptismũ quo te sacerdos regenerauit, vt nõ ꝑsumes vllo modo cõmunicare, neq; accedere ad altare, si hoc fecisti, aut cõsensisti, &c. *Hic communicet sacerdos illum, & dicat*, Corpus hoc, & sanguis dñi nostri Iesu Christi, sit tibi ad probationem hodie. *Oratio*. Perceptis domine deus noster sacris muneribꝰ, supplices deprecamur, vt huius participatio sacramenti a proprijs nos reatibus expediat, & in famulo tuo veritatis sententiam declaret.

claret. &c. *Deinde* Kyrieleson, *& Letania, & Psalmi, & tum Oremus.* Deus, qui per ignem signa magna ostendēs, Abraham puerum tuum de incendio Chaldeorum, quibusdam pereuntibus eruisti, deus qui rubum ardere ante conspectum Moysis, & minime comburi permisisti, Deus qui incendio fornacis Chaldaicis plerisque succensis, tres pueros tuos illæsos eduxisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomæ inuoluens, Loth famulum tuum cum suis salute donasti, Deus qui in aduentu sancti spiritus tui illustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decreuisti, ostende nobis in hoc prauitatis nostræ examine virtutem eiusdem spiritus &c. & per ignis huius feruorem discernere fideles & infideles, vt a tactu eius cuius inquisitio agitur, cōscius exhorrescat, & manus eius comburatur, innocēs vero penitus illæsus permaneat &c. Deus, cuius noticiam nulla vnquam secreta effugiunt, fidei nostræ tua bonitate responde, & præsta vt quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel absoluatur innocens, vel rei noxius detegatur. &c. *Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spergat, & dicat.* Benedictio dei patris, & filij, & spiritus sancti descendat super hoc ferrum, ad discernendum rectū iudicium Dei. *Et mox accusatus ad nouem pedum mensuram ferrum perferat. Huius denique manus sub sigillo triduum tegatur, & si sanies crudescens in vestigio ferri reperiatur, culpabilis ducatur: Sin autem mundus extiterit, laus deo referatur.*

Quandoquidem ex eodem fonte fluant (Amice lector) quę de aqueo traduntur Ordalio, satis superq; hac de re dixisse videor, Nunc igitur ad id quod propositum erat reuocetur oratio

Paganus, *Saxon.* Ceorle. *rustici & pagani vel hodie* Carles & churles *appellātur. Erat apud veteres* Ceorle *infima quidē, at libera tamen conditionis homo, quemadmodum* Eorle, *(quē ego Satrapam verti) summa, & amplißima.* Ceorl *is erat (ni longe fallor opinione) quem nuper iuris peritißimus D. Fitzherbert in suo de natura Breuium libello,* Base tenant, qui fesoit — Churle. — Earle. — Base tenant.

villein seruice, mes ne fuit pas villein *appellauit. Prisci vtenim seruilis conditionis hominem, non* ceoꞃl, *sed aliàs* þeoƿe *aliàs* eꞃne *nominabant.*

Panis *certis verbis deuotus,* Saxonicè Coꞃꞅneꝺ, *vocabulum a* Coꞃꞅ & neꝺ, *compositum:* Coꞃꞅ execratum *sonat,* neꝺ, a neoꝺ, *id est necessitate ductum,* panem *significat: atque ita* Coꞃꞅneꝺ *panis est execratus. Moris erat panem certis quibusdam, destinatisque sententijs consecratum reo gustandum offerre. habebant enim penitus insitam opinionem, non posse quenquam mali conscium panem hoc modo dedicatum glutire. Offam iudicialem, alij dixerunt.*

Offa iudicialis.

Pondus *lanæ,* Saxonicè ƿæȝeꞅ ƿulleꞅ, *nunc vulgo* a weight of wooll. *Pondus lanæ aliàs plus, aliàs minus continet, certum est tamen* Salisberiæ, *& nonnullis alijs in locis, ex 30. constare libris.*

Præfectus, *vel præpositus,* Saxonicè ȝeꞃeꝼa, & Scẏꞃȝeꞃeꝼa, & hihȝeꞃeꝼa. *Vocabulum (vt ego coniectura auguror)* a ȝeꞃeccan *(quod regere sonat) ductum: vt sit* ȝeꞃeꝼa, *quasi* ȝeꞃecꝼa, *facilis est enim lapsus. Legum Allemannorum, & Baioariorum, (quisquis is fuerit interpres)* ȝeꞃeꝼa *hunc nostrũ* Grafionẽ *vertit, neq; interim me latet lõge diuersam reperiri in legibus* Gulielmi *huius vocis deriuationem. Vtcunque sit, de hoc mihi dubium non est, eundem esse* ȝeꞃeꝼa, *qui hac nostra memoria vulgò* Reue *(abiecto* ȝe, *quod apud* Saxones *semper ferè superfluum est) dicitur. Atque ita* Scẏꞃȝeꞃeꝼe *is est, quem nos hodie* Shyrife, *vel potius* Shyre Reue *appellamus. Hinc illud manat* poꞃtȝeꞃeꝼ, *nomen prætoris Londinensis tempestate Gulielmi primi, atque illa Germanis in ore frequentissima,* Burgreue, Margreue, *& Landesgreue. Bini tum temporis in singulis Satrapijs viri authoritatẽ valebãt,* Ealdoꞃman, *quem ego* Senatorem *verti, & secundum eum hic noster* præfectus. *Illorum alterum Normanni postea* comitem, *quod plerunque comita-*

Shyrife,

comitatui praeficeretur, alterum vicecomitem *appellarunt. Erant denique & minuti quidã praepositi, quos nunc vulgò* Reues of manors *nominamus: Eorum hac nostra aetate plerisque in locis aut omnino nulla, aut certè tenuissima est existimatio.* vicount. Reue.

Pignerari, *id est, pignus auferre,* Saxonicè Nẏman *vulgò* to distreine. *Inde* Nâm, *ablatio pignoris, vulgò* distresse: *Atq; hinc etiã vulgatissimũ illud nostrum* Wythernam. *Verũ maximam mihi admiratione̅ mouet introducta nominis deprauatio, quae VVythernam* vetitum (*cum potius* iteratum *sonat*) namium *dicit. Est enim apud Saxones* ƿẏþeꞃ, altera, & Nâm pignoris (*vt dixi*) ablatio: *atque ita VVythernam* altera *siue* secunda *est* pignoris ablatio. *Accedit eodem verus & Germanus vulgaris nostri* Wythernam *vsus. Etenim si quis pecudem pigneratus, in aliam abegerit Satrapiam, is pignoribus ablatis coercendus est. His primis temporibus vade, & pignore caueri solebat, hac illi* ƿeð ⁊ boꞃh, *nos (qui aliquam eius rei tenemus vmbram)* vadios & saluos plegios, *vulgo nominamus.* distreigner & distresse Wythernã Vades & saluiplegij.

Primitiae *seminum* Saxonicè Cẏꞃıcꞅceat, *ad verbum vectigal ecclesiasticum. Hic videntur iusta interpretationis loco verba ex veteri quodam legum libello desumpta, digna quae subijciantur. Ibi autem legitur ad hunc modum.* Chircheseed, ou Chirceomer, ou Chirceamber, fuit vn certein de blee batu, que chescun home deuoit al temps dez Brytons, & dez engles, porter a lour esglise le iour Seint Marten. *Id si verũ sit, constat falsò scribi* cẏꞃıcꞅceat, pro cẏꞃıcꞅæð ꞅæð *etenim apud illos seme̅ significat,* Sceat *vero (vnde id quod vulgò* Shot) *pecuniam, siue vectigal sonat.*

Purgatio *simplex,* Saxonicè anꞅealðꞃe laðe. *Varia fuit criminis purgandi ratio,* Pane *scilicet* Eucharistico, pane certis verbis deuoto, Ordalij quaestione, & iureiurando. *Purgationis vero singularis & triplicis appellatio, Ordalij & iurisiurandi propria est, & peculiaris. De simplici, & triplici quidem Ordalio superius a nobis dictũ est. Iureiurando igitur* simplex *fit* purgatio, *cum reus adiunctis sibi duobus alijs interponit iusiurandum:* Triplex, *quoties cum alijs quinque iurat vnà.*

 Accu-

Iuramentum pro ratione hydarum.

Accusato præterea aliter fiebat interdum per Sacramenti religionem criminis diluẽdi potestas, quod pro ratione, 12. aut plurium, pauciorumue hydarum terræ dicebatur, *atq; id aliàs solus, aliàs cum alijs vnà præstabat. Neq; est interim cuiuis crimen quodque purgare concessum, verum pro delicti ratione, ipsa etiam purgandi augenda, minuendaue fuit facultas. atque vt cuiusq; fuerat capitis æstimatio, ita ei facta est crimina siue maiora, siue minora purgandi copia. Peruaserat enim (vti nunc quidem) opinio per animos hominum, vt quò quis erat opibus affluentior, eò fuit maiori fide, & in iureiurãdo religiosior. Huius purgationis nõ omnis euanuit vetustate memoria, nam per hac tempora de pecunia postulatus, debitum nonnunquam* duodecima *(quod aiunt)* manu *dissoluit.*

Duodecima manus.

Satrapas, *Saxonicè* Eorle. *Erant quidem* Satrapæ *viri summæ fortunæ nobiles, qui cum plerunq; integram procurabant Satrapiam, (quem ego magistratum* Senatorem *dico) vsu tandem euenit, vt ex Satrapijs suis singuli nomina sint sortiti. Hinc enim (sicut ego autumo) alius* Huntendonensis, *alius* Bedfordiensis, *alius* Leicestrensis Satrapas *primo est nuncupatus. Hos* Normanni *postea* comites, quod in multis capiendis *(vt non nemo suspicatur)* fisco regio socij, & comites, *id est, participes essent,* nominarunt.

comites. multis. Leg. Guilhel. cap. 31.

Scata, *vocabulum a Saxonico* Sceatta *effictum. Est autem* Sceatta *ingens argenti summa, quippe quæ argenti quinque millia* librarũ *contineat.*

Alderman.

Senator, Saxonicè Ealdorman *a senectute. Ipsus est qui alio interdum nomine* Scyreman *dicebatur:* Scyreman *autẽ virum cuius commissa est fidei Satrapia significat. Is magistratus hac nostra memoria non nisi in periculis, & asperis temporibus est mandatus. atq; tum quidẽ* lieutenantship *appellatur.*

Lieuetenãt

Shilling.

Solidus, Saxonicè Scylling. *Numus argenteus. Ex quinis (vt dictum est) constabat denarijs.*

Terra ex Scripto, Saxonicè Bocland. *fundum veteres aut ex scripto qui* Bocland, *aut sine scripto, qui* Folcland *dicebatur possidebant. Quæ fuit ex scripto possessio, cõmodiori erat conditione,*

Alodiu alij dixerunt. vid. Cap. in thesaur. in dictione predium. & consule Budæu.

dicione, hæreditaria, libera, atq; immunis: fundus sine scripto, censum pẽsitabat annuũ, atq; officiorum seruitute quadã est obligatus Priorem viri plerunq; nobiles, atq; ingenui, posteriorẽ rustici ferè & pagani possidebant. Illam nos vulgò frehold, & per chartam, *hanc ad voluntatem Domini appellamus. Habebant etiam maiores nostri & suas villas, quas a* feoꝛmian *(quod est cibũ suppeditare)* feoꝛmeꞅ *appellabant, eamq; nos hodie nominationem retinemus. Dominis etenim quæ ad esum, potum, victumq; erant necessaria, villæ subministrabant. Hæreditatem vero temporibus illis non (quemadmodum apud nos) solus ætate maximus adibat, verum ad filios omnes æqualiter fundus lege veniebat, quod illi* lanꝺe ꞅcẏꝼꞇan *dixerunt, & Cantij hac nostra memoria eodem vocabulo* to shift land *id est, herciscere, & fundũ partiri, appellant. Atq; hinc ego vsu tãdem euenisse credo, vt terra illa* Gauelkyn, *quasi* ꝫiꝼe eal cẏn, *id est, omnibus cognatione proximis data, dicatur. Ac quoniam ex hoc sermone in memoriam* Cantianorum *incidimus, non erit opinor ab instituto nostro alienum commemorare, quid causa fuerit, quare ex omnibus Angliæ prouincijs, vna ferè Cantiorum regio veterem hanc terræ diuidendæ consuetudinem seruet, aliaq; nonnulla quæ erant in more maiorum, etiamnum teneat. Cæterum quoniam minorem fidem faceret oratio mea, Excitabo religiosum testem, Thom. Spottum, monachum olim Cantuariæ Augustinensem, qui in suo de Abbatibus Cœnobij libello, ad hunc modũ loquitur.*

Freehold.

Ferme.

Gauelkyn.

Vixit Spottus regnãte Edouardo primo.

Anno. 1066. *Wilhelmus Dux Normannorum* rerum potitus, versus castrum *Douoriæ* iter suscepit, vt illud cũ cæteris Cantiæ partibus subiugaret, Stigandus itaque Archiepiscopus, & Abbas Egelsinus, quasi totius Cantiæ maiores, & domini, animaduertentes vbi in Anglia antea nullus fuerat seruus, iam omnes etiam Nobiles seruituti Normannorum subditos, populum vniuersũ Cantianum congregarunt, quibus exposuerunt imminentia pericula, Normannorum insolentiam, & seruilis cõditionis angustiam. Qui cum decreuissent potius mori, quam seruitutis iugum subire, statuitur Duci occurrere, & pro patrijs legibus dimicare. Facti sũt Duces

archiepiscopus & Abbas, dieq; dicto vniuersus populus apud *Swanescombe* conuenit, latitantes in Syluis aduentum ducis expectant, statuunt ramos arborum in manibus portãtes præcludere vndiq; vias duci, & circumuenire. Postridiè Dux iuxta *Swanescombe* transiens, sese animaduertit circumseptum quasi nemore paulatim vndiq; appropinquante, non sine consternatione. Cantiani vero statim abiectis ramis ad Buccinæ sonitum arma præferunt, Missiq; sunt ad Ducem Archiepiscopus & Abbas, qui hæc dixerunt. Ecce domine Dux, populus Cantiæ tibi obuiam procedit, te tanquam ligeum Dominum suum recepturi, ea conditione, vt populus vniuersus cãtianus in perpetuum auita gaudeat libertate, auitisq; fruatur legibus, alioqui tibi e vestigio bellũ indicũt, parati hic potius omnes occũbere, quã seruitutis iugũ pati, & ab auitis legib⁹ recedere. Dux in arcto positus, petita non tã libenter quã sapienter concessit. Datis igitur vtrinq; obsidibus, Cantiani letos Normannos Rofecestriam deducunt, & comitatum Cantiæ, cum castro Douerensi eis tradunt. Sicq; antiqua libertas Anglorum, patriæq; leges in sola cantia industria Stigandi & Egelsini vsq; ad hæc tempora remanserunt. *Hactenus ille. Ego vero in hoc vno lectori verba dari facile non patiar, nam quod nondum id temporis seruitutem introductam aßerit, ego verè affirmare poßum seruos fuisse in Anglia complures: id quod vel me conticente leges ipsæ enunciabunt. Num vero in Cantianis tum temporis fuerint seruilis conditionis homines, aut nunc sint, non affirmauerim, legi sanè, non fuiße vnquam.*

Thanus, *Saxonicè*, ðegn, a ðenian *ductum, quod alicui ministrare, atq; ad voluntatem nutumq; eius totum se accomodare significat. Est tamen* Thanus *ei qui seruitutem seruit è regione contrarius, is enim* ðeope, a ðeopian *quod est seruire, dicebatur*. Thani *autem appellatione*, viri *interdum* nobiles, *interdum* liberæ cõditionis homines, *interdum* magistratus, *atq; sæpenumero* ministri *notantur. Atq; hinc est, quod coronatæ plumæ insignia principis, Saxonicis vocibus titulũ præferant* Ic Dien, *sed corrupte (pace fecialium dixerim) pro* Ic

Ic Dien.

ðen

ðen, *transfixa prima parte litteræ* D. *virgula ad hunc modum,* Đ. *vt sit* Ic Đen *quod idem sonat atq;* Ic ðegn, *id est, ego famulus, & minister sum: Hæres namq; (vt inquit apostolus) dũ puer est nihil differt a seruo, Sed eam fortaße principes nostri inscriptionem a Belgis mutuati sunt. Illi enim etiam nunc pro* Ic ðen, Ic dien *loquũtur. Testis est Hector Boetius, rerum in Scotia gestarum Scriptor haud imperitus, Malcolmũ Regem* Thanos *suos titulo Comitum honestaße, Atq; ego non semel me legiße memini, eos eße qui post aduentum Normannorum* virrones & Barones *dicebantur. Habebant enim* Thani *liberas quasdam iurisdictiones, quas vel hodie* courtz Barons *appellamus.* Court Baron.

Thrimsa, *a* ðreo, *quod tria sonat effictũ. Est igitur Thrimsa trium solidorum numus.*

Turma, Saxonicè hloþe, *Vocabulum a* hlyðe *quod tumultum sonat diductum. Est quidem* hloþ *hominum manus ad rapinam parata, manipulus furum. Ego quod ad romanam Turmam quæ ex. 32. constabat militibus proximè accederet, turmã verti. Id si cui minus arriserit, cohortem dicat.* Rowte.

Via vetelingiana, *Saxonicè* ƿætlingaſtræt. *Visum est interpretationis loco verba* Ranulfi higden *subijcere, ea autem in suo (quod polychronicon inscriptum est) opere, ad hunc modum reperies.* Statuit Molmutius rex Brytonum. 23. & primus eorum legifer, vt aratra, templa, viæq; ad Ciuitates ducentes, immunitate confugij gauderent. Verum quia succedente tempore de vijs, (cum non essent certis limitibus distinctæ) orta esset dissensio, Belinus rex, filius prædicti molmutij, ad subducẽdum omne ambiguum, 4. regales vias omni priuilegio munitas per insulã sterni fecit: *fossam* scilicet, *Watlingstrete, Ermingstrete, & Ikeneldstrete.* Et mox sequitur. Secunda via dicitur Watlingstrete, tendens ab Euro austro in Zephirum septemtrionalẽ. Incipit enim a Douoria, transiens per mediũ Cantiæ vltra Thamesim iuxta London (*hinc fortasse plateæ Lõdinensi nomen inditum Watlingstrete*) inde per Sanctum Al- Watlingstrete.

banum, Dunſtapliam, & per Lilburne vſq; ad montem Wrekene, deinde tranſcēdit *Sabrinam* fluuium, tēdit ad Stretton, & inde per medium *Walliæ* vſq; ad *Caerdigan*, & in mari Hybernico terminatur. *Hæc ille.*

Chron. Bell. Virgatum, octavam hydæ partem statuit. Wysta, pars hydæ dimidia est.

Yard land.

Virgata terra Saxonicè ȝẏꞃdlandeꞃ, *nunc vulgo* Yard-land *fundi menſura pro ratione loci diuerſa, nonnullis enim in locis ex.20, alijs ex.24, alijs ex.30, conſtat acris.*


Ouſe fl.

Vſa *Saxonicè* uſe, *Lelandus Iſim appellat. Fluuius eſt in mediterranea Angliæ regione. Oritur prope* Stanes, *petitq́; villas Buckingham, Newport, Bedford, Huntingdon, atq́;* Granta *flumine auctus,* Lyn *oppidum alluit, ac tādem Oceano ſe committit.*

Welſhman

Wallus Saxonicè ƿealh, *id eſt, exterus, vel peregrinus. Ita enim quadringētis ferè abhinc annis interpretatus eſt* Sylueſter Giraldus *in ſua Walliæ Topographia,* Wallia (inquit) non a Wallone Duce, aut Wendoloena regina, ſed a Barbarica potius nuncupatione nomē accepit. Saxones enim regno occupato Brytannico, quoniam lingua ſua extraneū omnem ƿealh vocant, gentes has ſibi extraneas *Wallenſes* vocabant, & regionem *Walliam*. Hactenus Gyraldus. *Cæterum cum Brytannorum (qui poſt amiſſam patriam cædibus ſuperfuerant) pars in Walliam, pars in Cornubiam ſe receperant, Saxones hos quidem* coꞃnƿealaꞅ, *illos verò diuerſo nomine* Bꞃẏꞇƿealaꞅ *appellabant.*

Hæc ferè ſunt quæ mihi lucem deſiderare videbantur, reliqua lectores, vel mediocriter docti, expedient.


Scotiæ pars
Hyberniæ pars
Mona
7
Regnum
Northumbrorum
Walli
.6.
Regnum
Britones
Demetæ
Merciorum
5.
Regnum
orientalium Anglorum
Regnum
orienta-
lium
Saxonum
.4.
occiduorum Saxonum
1.
Regnum
Vectis
Galliæ pars

37. Se mon se ðe boclande hæbbe. ⁊ him his mæȝas læfdon. ðonne setton ƿe þ he hit ne mote syllan of his mæȝeburh. Gif ðær biþ ȝeƿrit. oþþe ȝeƿitnysse. þ hit ðara manna forbod ƿære ðe hit on fruman ȝestrindon. ⁊ ðara ðe hit him sealdon. þ he sƿa ne mote. ⁊ þ ðonne on cyninȝes. ⁊ on bisceopes ȝeƿitnysse ȝerecce beforan his maȝum.

*Be ȝefeohte.

*al. fæþe i. capitalibus inimicitiis.

fæhþe

Eac ƿe beodaþ. se mon þe his ȝefân ham sittende ƿite. þ he ne feohte. ærþon he him ryhtes bidde. Gif he mæȝnes hæbbe þ he his ȝefân beride. ⁊ inne besitte. ȝehealde hine vii. nihte inne. ⁊ hine on ne feohte. ȝif he inne ȝeþolian ƿille. ⁊ ðonne ymb seofon niht ȝif he ƿille on hand ȝân. ⁊ ƿæpnu syllan.

ȝe-

De pace violata in vrbe regia.

Pacis in vrbe regia violatæ pœna, 120. solidorum esto: in vrbe archiepiscopi, 90. solid: in vrbe episcopi aut Senatoris, 60. solid. censeatur. Pacis violatio in villa hominis 1200. solidis æstimati, 30. solid. pẽsator: in villa eius qui 600. censetur solidis, 15. solidorũ solutione sarcitor. Qui pagani sæpem perruperit, 5. solidis mulctator. Si tale quippiam in profectione militari, aut tempore quadragesimæ delinquitur, duplo compensator. Qui tempore quadragesimæ velum sacrosanctum venia non impetrata coràm auulserit, 120, solidos dato. 36.

De terra ex scripto possessa.

Qui terram habuerit per scripturæ seriem sibi a maioribus relictam, ab hæredibus ad alios aliennãdi potestas ei non esto, si quidem præsentibus cognatis coram rege, aut episcopo, scriptura aut testimonio probetur, omni alienatione ei interdixisse illum qui prius concessit, talemq; ei imposuiße legem cum primo dederit. 37. Estate sur condicõ, on taile.

De pugna.

Porro autem interdicimus, ne quis aduersarium suum oppugnet, si ipsum domi inclusum per spexerit, ni prius ab eo ius æquum sibi fieri postularit: verum si poterit domum obsidione cingere, in septem dies id facito, nec ipsum interim (si se domo tenuerit) oppugnato. Sin ipsis septem diebus 38.

heald hine. xxx. nihta gesundne. ⁊ hine his magum gebodie. ⁊ his freondum; Gif he cyricean ðonne geyrne. sy ðonne be ðære cyricean are. swa we ær beforan cwædon; Gif he ðonne ðæs mægenes ne hæbbe. ꝥ he hine inne besitte. ride to ðæm ealdormen. bidde hine fultumes; Gif he him fultumian ne wille. ride to ðæm cyning ær he feohte; Eac swylce gif mon becume on his gefân. ⁊ he hine ær hamfæstene ne wite. gif he wille his wæpne syllan. hine mon gehealde xxx. nihta. ⁊ hine his freondum gecyþe; gif he ne wille his wæpnu syllan. ðonne mot he feohtan on hine; Gif he wille on hand gân. ⁊ his wæpnu syllan. ⁊ hwa ofer ꝥ on him feohte. gylde swa wer. swa wund. swa he gewyrce. ⁊ wite. ⁊ hæbbe his mæg forworht; Eac we cwædaþ. ꝥ mon mot mid his hlaford feahtan orwite. gif mon on þone hlaforde feahte; swa mot se hlaford mid þy men feohtan; æfter ðær ylcan wisan mot mon feohtan mid his geborene mæge. gif hine mon on woh onfeohtaþ; buton wiþ his hlaford. ꝥ we ne lyfaþ; Eac mon mot feohtan orwite. gif he gemeteþ oþerne æt his æwum wife betynedum durum. oþþe under anre reen. oþþe æt his dohtor æwum borenre. oþþe æt his sweoster æwum borenre. oþþe æt his meder ðe wære to æwum wife forgyfen his fæder;

exactis, alter se armaq; sua in potestatem ipsius dare voluerit, ipsum integrum ac incolumẽ 30. dies seruatum cognatis & amicis suis offerto. Si ad templum confugerit, honoris templi (prout effati sumus) ratio habetor. Si non poterit ipsum obsidere, Senatoris opem implorato, hic si non subuenerit, potius quam ipsum oppugnet regem adito. Porro autem si quis fortè fortuna in inimicum suum inciderit, nesciens ipsum se domi tenere, velitq; alter ei arma in manus dare, 30. dies ipsum incolumẽ seruato, & tum postea amicis suis offerto. Verum si noluerit is arma ei in manus dare, protinùs eum expugnato. Sin is se armaq; sua in potestatem inimici dedere voluerit, ac alius quisquam eum oppugnarit, capitis æstimationem, aut vulneris (si quod ei impresserit) compẽsationem, pro facti ratione præstato: mulctator præterea, eaq; parte omni (quæ sibi cognatiõis nomine debetur) excidito. Seruus pro hero impune propugnato, si quis eum oppugnarit: herus itidem pro seruo. Si quis germanum alterius cognatũ iniuste oppugnarit, is pro salute eius propugnato aduersus omnes homines, præter vnum dominum, id enim non patiemur. Cuiuis deniq; liceto eũ impune oppugnare, quẽ una cũ vxore sua obserato ostio, aut sub vna eademq; stragula offẽderit, aut vnà cum germana filia, sorore, aut matre legitimo patri nuptiarum fœdere coniuncta.

Seruat poit tuer vn auter en defence son master.

Be mæsse dæge freolse;

39. Eallum freoum mannum ðas dagas syn forgyfene. butan ðeowum monnum. ⁊ esne wyrhtum; xii. dagas on gehol. ⁊ ðone dæg ðe crist ðone deofol oferswiðde. ⁊ Seintus Gregorius gemynde dæg. ⁊ vii. dagas to eastron. ⁊ vii. ofer. ⁊ an dæg æt Seint Petres tide ⁊ Seint Paules; ⁊ on hærfeste ða fullan wucan ær Sctā marian mæssan. ⁊ ealra haligra weorðunge an dæge; ⁊ feower wodnesdagas on feower ymbren wucum. ðeowum eallum synd forgyfen. ðæm ðe him leofost sy to syllanne. æghwæt ðæs ðe him mon for godes naman gesylle. oððe hi on ænigum heora hwilstyccū geearnian magon;

Be wundum;

40. Heafodwunde to bôt. gif ða bân bið butu ðyrel xxx. scill. gesylle him mon; Gif ꝥ uttre ban bið ðyrl. gesylle fiftyne scill. to bote; Gif in feaxe bið wund yncer lang. gesylle ænne scyll. to bote; Gif hit beforan feaxe bið wund yncer lang. twegen scill. to bote; gif him mon ofaslea ꝥ oþer eare. gesylle him ðrittig scill. to bote; Gif se
al. 60. hlyst oðstande. ꝥ he ne mæge gehyrā. gesylle xxx. scill. to bote; Gif mon men eage ofaslea, gesylle

De diebus festis & solennibus.

39. *Hisce diebus sequentibus festa liberis & ingenuis omnibus licentia conceditor, seruis autem atq; ijs qui sunt legitima officiorũ seruitute obligati non item. Duodecem dies a festo natali domini. Dies ille quo Christus subegit diabolum. Dies quo agitur anniuersarius beati Gregorij festus. Dies ante festum paschatis septẽ, & totidem dies festum illud insequentes. Dies festus beatorum Petri & Pauli: In autumno integra quæ est ante festũ mariæ septimana. Dies festus omnium sanctorum. Quatuor autem diebus mercurialibus in quatuor illis septimanis quibus publicum edici solet ieiunium, seruis omnibus festa dator licentia, vt omnẽ eorum operã in illorũ insumãt vtilitatẽ, a quibus antehac in dei nomine beneficia acceperint, aut de quibus in posterũ ex collocata eorũ opera bene promereantur.*

3 sortes of servantes: 3 {free: customarie, bonde.

De vulneribus.

40. *Si quis capiti alterius vulnus inflixerit, atq; adeo os capitis vtrinq; perforarit, Saucio solidos, 30. numerato. Si os tantũmodo exterius pertusum fuerit, dato solid. 15. Qui capiti alterius vel sub pilis vnciale vulnus intulerit, solidũ vnum præstato. Sin vulnus id præter cæsariem impreßum fuerit, solidos duos pendito. Si quis alteri amputarit auriculam, Saucio 30. solidos præstato. Sin ex ipso vulnere auditus sensum omnem amiserit, 60. solidos numerato.*

him mon syxtig scill. ⁊ syx scill. ⁊ syx peningas. ⁊ ðriddan dæl peninges to bote; Gif hit in ðam hæfde sy. ⁊ he nocht geseon ne mæge. mid stand ðriddan dæle ðære bote inne; Gif mon oþrum ꝥ neb of aslea. gebete him mid lx. scill; gif mon oþrū ðone toþe on foran heafde ofaslea. gebete ꝥ mid eahta scill; gif hit sy se wong toþ. gesylle feower scill. to bote; monnes tux. biþ syxtyne scill. weorþe; gif mon monnes ceacan forslea. ꝥ heo beoþ forode. fiftyne scill. gebete; Mannes cinn bân gif hit biþ toclofen. gesylle mon twelf scill. to bote; Gif mannes ðrot bolla byþ ðyrl. gebete mid twelf scill; Gif monnes tunge biþ of heafde mid oþres monnes dædum gedon. ꝥ biþ gelic ⁊ eagum bôt; Gif mon on eaxle biþ gewundod. ꝥ ꝥ liþ seawe utflowe. gebete mid ðrittig scill; Gif se earme biþ forad bufan ðæm elmbogan. ðær sculon fyftyne scill. to bote; Gif ða earm scancan biþ begen forade. seo bote biþ xxx. scill; Gif se ðuma biþ of aslagen. ðæm sculon xxx. scill. to bote; gif se nægl biþ of aslagen. seo bot biþ fif scill; gif se scyte fynger biþ ofaslagen. seo bôte biþ fyftyne scill; his nægl beoþ iiii. scill; gif se midlesta fingere sy ofaslagen. se bot biþ xii. scill. ⁊ his nægles ii. scill; gif se goldfinger biþ ofaslagen. to ðæm sculon seofontyne scill. to bote. ⁊ his nægles iiii. scill; Gif se lytla finger sy ofaslagen.

ðæm

Qui alteri oculum effoderit, 66. solidos, sex denarios, & denarij trientem vnam pendito. Quin si oculus capiti inhæserit, ita tamē corruptus vt visu priuetur, ipsa tertia parte solutio minuatur. Qui alteri nasum præciderit, dato ei 60. solidos. Si quis alteri primores dentes excußerit, numerato ei solidos octo. Si caninos, 4. solidos: sin genuinos decußerit, pendito solidos sexdecem. Qui alterius os maxillare contuderit, soluito solidos 15. Si os menti fiderit, 12. solidos dato: sin ferro gurgulionem perforarit, 12. solidos numerato. Si quis alteri linguam radicitùs euulserit, perinde soluito ac is qui alteri oculū effoderit. Qui alteri vulnus humerale impreßerit, quo ipsa rumpatur membri compago, 30. solidos dato. Si quis alteri brachium cubitum suprà perfregerit, 15. solidos pendito: sin vtrumq; brachij os fractum fuerit, 30 solidi interponuntor. Si cui pollex manus amputetur, dātor solidi triginta. Si cui pollicis vnguis auellatur, soluuntor solidi quinq;. Si quis alteri indicem (quem sagittarium vocant) absciderit, 15. solidos præstato: si indicis vnguem, 4. solidos numerato. Si quis alteri digitum medium præciderit, pendito ei 12. solidos. Sin eius digiti vnguem tantummodo amputarit, dato solidos duos. Si quis alteri digitum annularem absciderit, 14. solidos numerato: si illius digiti vnguem auulserit, pendito solidos 4. Si quis alteri digitum auricularem amputarit,

.17.

ðæm sceal to bote nigon scill. ⁊ ân scill his nægles gif hit sy ofaslagen; Gif mon biþ on hrif geƿundod. gesylle him mon xxx. scill; gif he ðurh ƿund biþ. æt ægþrum muþe þreontig scill; Gif monnes ðeoh biþ ðyrl. gesylle him mon xxx. scill. to bote; Gif hit forod sy. seo bot biþ eac xxx. scill; Gif se scanca biþ ðyrl beneoþan cneoƿe. ðær sculon tƿelf scill; gif he forad sy beneoþan cneoƿe. gesylle him xxx. scill. to bote; Gif seo micele tâ biþ ofaslagen. gesylle him mon xx. scill. to bote; Gif hit sy seo æftere tâ. fiftyne scill. to bote; Gif seo midlesta tâ sy ofaslagen. ðær sculon nigon scill. to bote; gif hit sy seo feorðe tâ. þær sculon vi. scill. to bote; Gif se lytle tâ sy ofaslagen. gesylle him mon fif scill. to bote; Gif mon sy on ða hærþan to ðam sƿiþe geƿundod. ꝥ he ne mæge bearn gestrynan. gebete him ꝥ mid lxxx. scill; Gif men sy earme mid honda mid ealle ofacorfan beforan elmbogan. gebete ꝥ mid lxxx. scill; Æghƿylcere ƿunde beforan feaxe. ⁊ beforan slyfan. ⁊ beneoþan cneoƿe. biþ tƿygylde mare; Gif seo lenden breda biþ forslagen. ðær sceal syxtig scill. to bote; gif heo biþ on bestungen. fiftyne scill; Gif heo biþ ðurh ðyrl. ðonne sceal ðær xxx. scill. to bote; Gif mon biþ on eaxle geƿundod. gebete mid lxxx. scill; Gîf mon oþrum ða hand uton forslea. gesylle him xx. scill. to bote. gif hine mon

ge-


interponuntor ſolidi nouem: ſi eius digiti vnguem dempſerit, ſolidum vnum perſoluito. Si quis in aluo vulnus acceperit, 30. ſolidorum ſolutio ſequitor. ſin ferrum per ipſum ventrẽ tranſfigatur, ad vtrumq́ vulneris orificium 20. penduntor ſolidi. Si quis alteri tibiam ſupra genu ferro tranſuerberarit, dato ei ſolidos 30. Sin os ipſum contuderit, adduntor & alij 30. Si quis alteri cruris traiecti vulnus impoſuerit, 12. ſolidos numerato: ſin os cruris ſuffringatur, 30. ſolid. pendito. Si quis alteri pollicem pedis amputarit, 20. ſolidos præſtato. Qui ſecũdum a pollice pedis digitum præciderit, dato ſolidos 15. Si medium abſciderit, nouem numerato. Si quartum a pollice, 6. ſolidos pendito: deniq; ſi quis alteri minimum pedis digitum amputarit, ſolidi quinq́ interponũtor. Si quis alterius virilia vulnerarit, quo omnis ei præripiatur procreandi facultas, 80. ei ſolidos numerato. Qui alteri cubitum præciderit, dato ei ſolidos octoginta. Vniuſcuiuſq́ vulneris, quod præter cæſariem, aut manicam, vel ſub genu impreſſum fuerit, pœna in duplum augetor. Si quis alterius lumbos perfregerit, præſtato ei 60. ſolidos: ſi ferro pupugerit, numerato ſolidos quindecem. ſin telo traiecerit, dato ſolidos 30. Si quis alteri vulnus humerale intulerit, octoginta ſolidis damnum ſarcito. Qui ſanabili vulneris genere partem manus exteriorem pulſarit, dato ei viginti ſolidos. Sin ei ma-

 num

gelacnian mæge; Gif heo healfe on wege fleoge. þonne sceal syxtig scill. to bote; Gif mon oþrum rib forslea binnan gehalre hyde. gesylle x. scill. to bote; gif seo hyde sy to brocen. ⁊ mon bân of adô. gesylle fiftyne scill; gif mōnes eage him mon of aslea. oþþe his hand. oþþe his fôt. ðær gæþ gelic bôt to eallum. syx peningas. ⁊ syx scill. ⁊ syxtig scill. ⁊ ðriddan dæle peninges; Gif monnes sconca biþ of aslagen wiþ ꝥ cneowe. ðære sceal lxxx. scill. to bote; Gif mon oþrum þa sculdru forslea. gesylle him mon xx. scill. to bote; gif hi mon inberslea. ⁊ mon bân of adô. gesylle mon ðær to bote fiftyne scill; Gif mon ða greatan sinwe forslea. gif hine mon gelacnian mæge. ꝥ he hâl sy. gesylle xii. scill. to bote; Gif se mon healt sy for ðære sinwe wunde. ⁊ hine mon gelacnian ne mæge. gesylle xxx. scill. to bote; Gif ðæs smalan sinewan mon forslea. gesylle him mon syx scill. to bote; Gif mon oþrum ða gewald forslea up on þæm sweore. ⁊ forwundige to ðæm swiþe ꝥ he nage ðæra gewald. ⁊ ðeah hwæþere lifige swa gescêde. gesylle him mon hund scill. to bote. buton him witan ryhtre. ⁊ mare gereccan;

num dimidiam absciderit, 60. solidorum solutio sequitor. Si quis alteri integra cute costam suffregerit, dato ei solidos decem. Sin cute rupta extrahantur oßicula, 15. solidos numerato. Si quis alteri effoderit oculum, mannũue aut pedem absciderit, vnà eademq́; compensatio sequitor, sexaginta scilicet sex solidi, denarij sex, & denarij triens vna. Si quis alteri crus vnà cum genu præciderit, pendito ei octoginta solidos. Si quis alteri scapulam absciderit, numerato ei solidos viginti, si pulsarit, adeoq́; exeantur oßicula, dato solidos 15. Si cui non insanabili vulneris genere validi intercidantur nerui, 12. solidorum solutio sequitor. Sin ex vulnere accepto claudicarit, 30. peduntor solidi. Si cui intercidantur neruuli, dantor ei solidi sex. Si quis ceruici alterius eiusmodi vulnus impreßerit, vt is per omnem vitam mutilus ac deformis incedat, dato ei compensationis nomine centũ solidos, nisi ex maturo sapientum iudicio plus sibi deberi videatur.

(¶ b)



. 12 . nec sanari pote rit

ʒyðrun

Dis is ꝥ friþe ꝥ Ælfred cyning. ⁊ Gy-
ðrum cyning. ⁊ ealles angelcynnes ƿi-
tan. ⁊ eal seo ðeod þe on eastenglum be-
oþ ealle geƿeden habbaþ. ⁊ mid aþum gefæst-
nod. for hi sylfe. ⁊ for heora gingran.
ge for geborene. ge for ungebo-
rene. ðe godes miltse recce.
oþþe ure;

1. Ærest ymb ure landgemæra up on temese. ⁊ ðonne up on ligan. ⁊ andlang ligan oþ hire æƿylm. ðonne on gerihte to bedanforda. ðon up on usan oþ ƿætlingastræt;

Be ofslægenan mannes ƿere;

2. Þæt is þonne, gif man ofslagen ƿeorþe. ealle ƿe læ-
taþ efen dyrne englisene. ⁊ denisene to viii. healf
mearcum asodenes goldes. butan ðæm ceorle þe on
gafollande sit; ⁊ heora lysingum ða syndon eac
efen dyre. ægþer to cc. scill;

Be ðegnum ðe betogene synd;

3. Gif mon cyninges ðegn manslihtes beteo. gif he
hine ladian dyrre. dô he ꝥ mid xii. cyninges ðeg-
num; Gif mon ðonne ðegn betyhþ. ðe biþ læssa
maga ðone se cyninges ðegn. ladige he hine mid

Fœdus quod Aluredus & Gythrunus reges ex sapientum Anglorum, atq; eorũ omniũ qui orientalem incolebant Angliam consulto ferierunt, in quod præterea singuli non solum de se ipsis, verum etiam de natis suis, ac nondum in lucem editis, (quotquot saltem misericordiæ diuinæ aut regiæ velint esse participes) iurarunt.

1. Primo igitur ditionis nostræ fines ad Thamesim fluuium euehuntor: Inde ad Leam flumen profecti, ad fontem eius deferuntor: tum rectà ad Bedfordiam porriguntor, ac deniq; per Vsam fluuium porrecti ad viam Vetelingianam desinunto.

De perempti corporis æstimatione.

2. Siue Dacũ, siue Anglum quis intefecerit, æquè alteruter (si quidem is rusticus censum annuum impendens non fuerit) æstimator, quatuor scilicet fusilis auri marcis, atq; alterutrius vna esto eademq; redemptio, solid. nimirum 200. interfecerit

De ministro regis incusato.

3. Minister regius si quando homicidij incusetur, ascitis sibi 12. alijs regis ministris, (si quidem ausus fuerit) omni se culpa liberato. Verum si alterius fuerit cuiusquam minister, regio nonnihil inferior,

xi. his gelicena. ⁊ mid anum cyninges ðegne; And sƿa æghƿylcne spræce ðe mare sy ðonne iiii. mancussas; And gif he ne dyrre. gylde hit ðrygylde sƿa hit mon geƿyrþe;

Be getymum;

4. And ælc man ƿite his getyman. be mannum. ⁊ be horsum. ⁊ be oxum;

5. And ealle ƿe cƿædon on ðæm dæge ðe mon aþas sƿor. ꝥ ne ðeoƿe. ne freo. ne moton in ðone here faran butan leafe. ne heora nân ðe ma to us; Gif ðonne gebyrige ꝥ for neode heora hƿylce ƿiþ ure bige hæbban ƿille. oþþe ƿe ƿiþ heora. mid yrfe ⁊ mid æhtum ꝥ is to þafianne. on ða ƿisan ꝥ mó gislas sylle fryþe to sƿutelunge. ꝥ mon ƿite ꝥ mon clæn *bæc hæbbe;

al. flæsc. i. carnem.

(·:·)



vndecem ſui æquales vnumq; miniſtrum regium adhibeto, atq; omnem ſceleris ſuſpicionem eluito. Idem iuris eſto in omni lite quæ quatuor marcas ſuperarit. Veruntamen ſi is hanc culpæ liberationem obire verebitur, ipſa in triplum ſolutio augetor.

De aduocatione.

Si quis hominē, equū, bouēue mercatus fuerit, habeto qui vēditionē illā præſtet, atq; in ſe recipiat. 4.

Porro autem eo ipſo quo in hæc iurauimus die, 5. *ſtatutum eſt, ne ſeruilis aut liberæ cōditionis quiſquam a nobis ad exercitum iter faciat, neue ab eodem ad nos proficiſcatur, ni prius facti veniā impetrarit. Veruntamen ſi neceſſarió eorum aliquis a nobis pecudes, ſeu res alias quæſcūq; mercatus fuerit, aut nobis vēdiderit quicquā, id quidē permittatur, Ita tamē, vt pacis ſeruandæ, & ſeſe ſiſtendi fideiuſſores adhibeat, vt ea ſaltem omnia iuſtè ac legitime nactus eſſe videatur.*

☞ *Quò planius iſtius fœderis cauſa, & principium intelligatur, quæ ſequuntur pauca ex Ioanne Piko delegimus. Aluredus Rex ſic Dacos contudit, vt dabant ad libitum obſides, quod terram exirent, vel*
chriſtianitatem reciperent, quod & factum eſt. Nam Rex eorum ”
Guthrun (quem Gurmundum vocant) cum 30. proceribus, & ”
omni penè populo baptizatus, in filium ab Aluredo ſuſceptus eſt, ”
impoſito ſibi nomine Ethelſtano. Hic igitur manſit, dataq; ſunt ſi- ”
bi prouincia Orientalium Anglorum, & Northanhumbrorum, vt ”
eas ſub fidelitate regis iure foneret hæreditario, quas peruaſerat ”
latrocinio. Hac ille. *Atq; in eandē ſententiam ſcribit Aſſerius Meneuenſis, Aluredo familiaris, plurimiq; alii ſcriptores Angli. Solus Polydorus errore ductus, falſo Gormonem dicit, atq; orientalium Anglorum prouincia haud fuiſſe donatum magnopere pugnat, Cū interim Krantius Gormonem illum ad fidem Chriſti conuerſum negat, atq; adeò fœdus ipſum Orientalium Anglorum regionem incoluiſſe teſtimonio eſt.*

Floruit Pikus regnante Henrico primo.

Albert. Krant. Frotonē quendam per id tēporis conuerſum fatetur.



Be dome ⁊ spræce;


EAdweard cyning byt ðæm gerefum eallum. ꝥ ge deman swa rihte domas swa ge rihtoste cunnon. ⁊ hit on ðære dom bêc stande; ne wandigeþ for nanum ðingum folcrihte to gereccanne. ⁊ ꝥ gehwylc spræc hæbbe andagan hwenne heo gelæst sy. ꝥ ge ðonne gereccan;

Be ceapunge;

4 And ic wille ꝥ gehwylcman hæbbe his geteaman; ⁊ nân man ne ceapige butan porte. ac hæbbe ðæs portgerefan gewitnysse. oþþe oþera ungeligenra manna ðe mon gelyfan mæge; And gif hwa butan porte ceapige. ðonne sy he cyninges oferhyrnysse scyldig. ⁊ gange se team ðeah forþ oþ man wite hwær he oþstande; Eac we cwædon. se þe tyman sceolde. ꝥ he hæfde ungeligene gewitnysse ðæs ꝥ he hit on riht tymde. oþþe ðone aþ funde ðe se gelyfan mæge ðe onspræce; Swa we cwædon be ðære ahnunge. ꝥ ylce, ꝥ he gelædde ungeligene witnysse ðæs. oþþe ðone aþ funde gif he mæht ungecorenne. ðe se onspeca ongehealdan wære; Gif he ðone ne mihte. ðonne namede him mon syx men

on

Edouardus regnare { cæpit / desiit } Anno salutis humanæ, { 900. / 924.

De iudicio, & Lite.

EGo Edouardus Rex, ijs omnibus qui reipub. præsunt etiam atq; etiam mando, vt omnibus (quoad eius facere poterint) æquos se præbeant iudices, perinde, ut in iudiciali libro scriptum habetur, nec quicquam formident, quin ius commune audacter liberèq; dicant, ac litibus singulis dies quibus dijudicētur condictos statuant.

De Emptione.

Præterea autē præcipio, vt si quis rem quampiam mercatus fuerit, habeat quem aduocet, quiq; eam venditionem præstet, atq; in se recipiat. Et nemo extra oppidum, (nisi præsente præposito, alijsue fide dignis hominibus) quicquam emito: qui secus fecerit, & suæ in regem contumaciæ pœnas luito, & ipsa nihilominus aduocatio ab alio in alium (quoad sistatur) procedito. Statuimus etiam, vt qui alium aduocarit, aut in eam rem testimonia, ex æquo scilicet & bono se illum aduocasse, habeat, aut saltem iureiurando interposito faciat petitori satis. Ad eundem modum de suo cuiusq; proprio statuimus: si enim non aliunde assumpto, sed proprio & suo se vti bono contenderit, aut in eam rem testimonia ad-

on ðæm ylcan geburscipe ðe he on hamfæst ƿære. ⁊ begete æt ðæra sixa ænne æt anum hryþere. oþþe æt ðæm orfe ðe ðær ƿeorþe sy. ⁊ syþþan ƿeaxe be ðæs ceapes eahte. gif ðær ma to scyle;

Eac ƿe cƿædon Gif hƿa gemearrna manna ƿære. ðe ƿolde oþres yrf to borge seatan for ƿyþertyhtlan. þ he gecyþe ðonne mid aþe. þ he hit for nân facne ne dyde. ac mid folcriht. butan bræde. ⁊ beswice; ⁊ se dyde ðonne sƿa ðer he dorste. ðe hit mon ætfenge. sƿa he hit ahnode, sƿa he hit tymede;

Be ðone ðe oþrum rihtes ƿyrnþ;

2. Eac ƿe cƿædon hƿæs se ƿyrnþ ƿære ðe oþrũ rihtes ƿyrnde. aþor oþþe on bocland. oþþe on folclande. hƿonne he him rihte ƿorhte beforã ðæm gerefan; Gif he ðonne nân rihte næfde. ne on bocland ne on folcland. þ se ƿære ðe rihtes ƿyrnd scyldig xxx. scill. ƿiþ ðone cyning; Æt oþrum cyrre eac sƿa; æt ðriddan cyrre. cyninges oferhyrnysse. þ is cxx. scill. buton he ær gesƿice;

Be mansƿorenum;

3. Eac ƿe cƿædon be ðæm mannum ðe mansƿoran ƿæron. gif þ gesƿytelod ƿære oþþe him oþburste oþþe ofercyþed ƿære. þ hi syþþan aþƿyrþe næron. ac ordales ƿyrþe;

hibeto, aut is vnà cum alijs (si poterit) non cooptatis, iureiurando rem illam petitoris non esse propriam confirmato: si non poterit, ex eadem in qua is degit vicinia, vocetur nominatim homines sex & pro vnaquaq; vacca, siue re alia quacunq; tanti æstimāda vir vnus iurato, & præterea plures, si quidē res illa carius æstimabitur. Illud præterea decreuimus, si quis adeo fuerit animi scelerati, vt bona aliena, calumniæ causa, pignori ponere nō vereatur, iureiurando fidem facito non id dolo malo, sed iure publico, atq; animo haud iniquo, verum omnis tū fuci tum fraudis puro, fecisse illum: Et tum demū eligat is quem penés deprehēdētur, vtrū horū ausus fuerit, aut sua ipsius propria esse cōtendere, aut alium (qui ea in se recipiat) causæ aduocare. e

De eo qui alteri ius æquum denegarit.

Is porro qui alteri ius suum coram præfecto regio id postulanti denegarit, in terra ex scripto, vel sine scripto possessa, cum ipse interea nec scripto, nec sine scripto quidem aliquid iuris habuerit, dignus videtur, qui primo soluat regi eo nomine 30. solidos: si denuo deliquerit, totidem pendat, sin tertio denegarit, nec id facere destiterit, centum & viginti solidorum solutione sua in regem audacia pœnas luito. 2. contumaciæ pœna.

De peierantibus.

De peierantibus præterea statutum est, vt si quis iusiurandum violarit, falsumue dixerit testimonium, fides ei in posterum non habetor, verum is in Ordalium adiudicator. 3. perdre de frank ley.

Be friþe;

4. Eadweard cyning mid his ƿitan ða hi æt Exanceastre ƿæron. smeadon ealle hu heora friþe betere beon mehte ðonne hit ær þæm ƿæs; forþæm him ðuhte ꝥ hit mætton gelæst ƿære ðonne hit sculde ꝥ he ær beboden hæfde; he acsode hi ða hƿa to ðære bote cyrran ƿolde. ⁊ on ðær geferrædne beon ðe he ƿære. ⁊ ꝥ lufian ꝥ he lufode. ⁊ ꝥ ascunian ꝥ he ascunode. ægþer ge on sæ. ge on lande; ꝥ is ðonne ꝥ nan mon oþrum ƿihtes ne ƿyrne; Gif hit hƿa dô. gebete sƿa hit beforan aƿriten is. Æt forman cyrre xxx. scill. ⁊ æt oþrũ cyrre eal sƿa. ⁊ æt ðriddan cyrre mid cxx. scill. ðæm cyng;

Be gerefan ðe mid riht ne amanige;

5. And gif hit se gerefa ne amanige mid rihte. on ðæra manna geƿitnysse ðe him to geƿitnesse geteald syndon. ðonne bete mine oferhyrnysse cxx. scill;

Be ðyfþe betogenum;

6. Gif hƿa ðyfþe betogen sy. ðonne niman hine on borh ða ðe hine ær hlaforde befæston. ꝥ he hine ðær getryƿsige. oþþe oþre frynde gif he hæbbe dôn ꝥ sylfe; Gif he nyte hƿa him on borh nime. ðonne niman ða ðe hit to gebyreþ on his æhtan inborh; Gif he naþor næbbe ne æhta. ne oðerne borh. ðonne healde hine man to dome;

De pace.

Edouardus Rex Exoniæ commoratus, ac ſapientum ſuorum vſus conſilio, ſtudioſe perſcrutatus eſt quo tandem pacto paci & tranquillitati melius proſpiceretur: deprehenderat enim minus illam ſtudioſe retineri quam decebat, atq; ipſe inſtituerat. Orabat igitur vehementer, atq; obteſtabatur, vt eorum quotquot corrigi & emendari velint, communiq; cum eo ſocietate frui, quiq; eaſdem atq; ille res terra, mariq;, et amore, et odio proſequerentur, hoc vnum curent, ne quem iniuria afficiant: Qui contra fecerit, primo (ita vti antea deſcribitur) 30. ſolidos regi numerato, ſecundo ſi deliquerit totidem pendito, ſin tertio factitarit, 120. ſolidos præſtato. 4.

De præpoſito qui ius peruertit.

Præpoſitus autem ſi a vero deflectat, neq; ex eorum qui citantur teſtimonio ius reddiderit, 120. ſolidorum numeratione ſuæ in regem contumaciæ pœnas dependito. 5.

De furti incuſato.

Seruus ſi furti incuſetur, qui eum domino commẽdarint, aliue (ſi quos habuerit) eius amici, quod is ſe culpa exoluet, pro eo fideiuſsores ſunto: Si non habuerit qui eum fide ſuſtentent ſua, tum illi quorum intererit, bona eius pignori accipiunto: Sin neq; bona habuerit, nec qui pro eo fideiubeant, in cuſtodiam ex æquo & bono iudicandus conijcitor. 6.

Be ðon ðe heora agen secan nyllon;

7. Eac ic ƿille þ ælc man hæbbe symle ðâ men ge-
*al. ƿillon gearƿe þe heora agen secan *nillon. ⁊ hi for nân med-
sceatum ne ƿernanne;

atq; tum quidem alia est huius loci sẽtentia.

Be ðon ðe ful friþiaþ;

Ne ful nahƿar ne friþian. ne feormian, ƿilles. ne geƿealdes; Gif hƿa ðis ofer hæbbe. ⁊ his ƿedde brece. ðe heal ðeod geseald hæfþ. bete sƿa dom boc tæce; Gif he ðonne nylle. ðolige ure ealra freondscipes. ⁊ ealles ðæs ðe he age; Gif hine hƿa feormige syþþan. bete sƿa seo dom boc secge; And se scyle ðe flyman feormie. gif hit sy her inne. gif hit sy east inne. gif hit sy norþ inne, bete be ðæm ðe ða friþ geƿritu secgan;

9. Be ðon ðe his freot forƿyrce;

Gif hƿa ðurh stæl tyhtlan freot forƿyrce. ⁊ his hand on hand sylle. ⁊ hine his magas forlætan. ⁊ he nyte hƿa him forbete. ðonne sy he ðæs ðeoƿ ƿeorces ƿyrþe ðe ðear to gebyrige. ⁊ offealle se ƿer ðæm magum;

Be ðone ðe oþres mannes man underfehþ butan leafe;

10. Ne underfô nân man oþres mannes man buton ðæs leafe ðe hi ær fylgde. ⁊ ær he sy laþleas ƿiþ

De iis qui ad suas ipsorum proprias sedes non ierint.

Plane autem volo, ut quisq; eos semper præstò habeat, qui ad proprias illorum sedes se conferre noluerint, neq; ulla eos accepta mercede protegito. 7.

De eo qui sceleris damnatum admiserit.

Nemo cum sceleris damnato pacem habeto, neue eum sciens volensq; hospitio excipito: qui contrà fecerit, adeóq; iusiurandum violarit, fidemq; a se & vniuersa plebe datam fefellerit, id mulctæ quod in iudiciali libro describitur, subito: Id si recusarit, nostra et reliquorum omnium amicitia priuatus, fortunis suis omnibus mulctator. Atq; si quis ei deinceps suppetias tulerit, is etiam id compensationis quod in libro iudiciali continetur, præstato. Porro autē qui fugitiuo, siue in hac nostra, siue in orietali, aut boreali regni plaga victū subministrarit, prout ipsa iubent pacis conscripta, plectitor. 8.

De libertate mulctato.

Qui ex accusatione furti libertate mulctatus, furari non ceßauerit, adeoq; eum cognati eius omnes destituerint, vt non sit qui fide eum sustentet sua, operi (vt res feret) seruili addicitor, omniq; capitis eius æstimatione cognati exciduntо. 9.

De eo qui citra bonam domini veniam seruum alienum admiserit.

Nemo seruum alienum citra bonam domini veniam, neue antequam is omnibus fecerit satis, in famulatū 10.

ælce hand; Gif hit hƿa dô. bete mine oferhyr-nysse;

Be gemote andagum;

Ic ƿille þ ælc gerefa hæbbe gemot a ymb feoƿer ƿucan. ⁊ gedôn þ ælc man sy folcrihtes ƿyrðe. ⁊ ælc spræc hæbbe ende. ⁊ andagen hƿænne hit forð cume; Gif hit hƿa oferhæbbe. bete sƿa ƿe ær cƿædon;

(∴)



[s]ιmulatum admittito. Qui vero contrà ac dictum est egerit, suæ in regem contumaciæ pœnas dato.

De diebus cogendi populi.

Præpositus quisq; ad quartam circiter quamq; septimanam frequentem populi concionem celebrato, cuiq; ius dicito æquabile, litesq; singulas, (cum dies condicti aduenerint) dirimito. Horum si quid prætermiserit, prout antea effati sumus, compensato. Le countye.

(?;)



Ðis is seo ȝerædnysse ðe Ælfred cyninȝ
⁊ ȝuþrun cyninȝ. ⁊ eft Eadƿeard cy-
ninȝ. ⁊ ȝuþrun cyninȝ ȝecuron. ⁊ cƿæ-
don. ða ða enȝle. ⁊ dene to friþe. ⁊ to freondsci-
pe fulliee fenȝon; ⁊ ða ƿitan eac ðe syþþan ƿæron.
oft ⁊ unseldan ꝥ sealf ȝeniƿodon. ⁊ mid ȝode ȝe-
hyhton;

Ðæt is ærest ꝥ hi ȝecƿædon. ꝥ hi ænne ȝod lu-
fian ƿoldon. ⁊ ælcne hæþendome ȝeorne aƿorpan. ⁊
hi ȝesetton ƿoruldlice steora eac. forþam ðinȝum
ðe hiȝ ƿiston ꝥ hiȝ elles ne mihton maneȝum ȝe-
steoran. ne fela manna nolde to ȝodcundre bote
elles ȝebuȝan. sƿa he sceolde; ⁊ ða ƿoruld bote hiȝ
setton ȝemæne crist. ⁊ cyninȝ. sƿa hƿær sƿa man
nolde ȝodcunde bote ȝebuȝan mid rihte to bis-
ceopa dihte;

1. ꝥ is ðonon ærest ꝥ hiȝ cƿædon. ꝥ cyric ȝriþ
binnan ƿaȝum. ⁊ cyninȝes hand ȝriþ stande efne
unƿemme;

2. And ȝif hƿa cristendom ƿyrde, oþþon hæþendom
ƿeorþiȝe. ƿordes. oþþe ƿeorces. ȝyld sƿa ƿere, sƿa
ƿite, sƿa lahslite be ðæm seo dead sy;

3. Gif ȝehadod man ȝestaliȝe. oþþe ȝefeohte. oþþe
forsƿeriȝe. oþþe forliȝe. ȝebete ꝥ be ðæm seo
dæd sy. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be lahslite; ⁊
forn ȝod huru bete sƿa canon tæce. ⁊ ðæs borh
finde.



Æc ea sunt senatusconsulta ac instituta, quæ primo Aluredus & Guthrunus reges, deinde Edouardus & Guthrunus reges, illis ipsis tēporibus tulere, cum pacis fœdus Daci & angli ferierunt, ac sese mutuo amplexi sunt, quæq; posteá a sapientibus recitata sæpius, atq; ad cōmunem regni vtilitatem aucta, atq; amplificata sunt.

Ante omnia, deum vnum spreto omni ac repudiato cultu barbaro, auguste sancteq; venerandum proposuerunt: tum leges humanas (propterea quod pro explorato haberent nolle sine hys quam plurimos aut in officio contineri suo, aut ecclesiasticæ morem gerere disciplinæ) conscribendas curarunt, easq́; christo cum rege communes promulgarunt, hys vt eorum coerceretur temeritas, qui episcopi imperata obire noluerint.

Hoc igitur primo decreuerunt, vt ecclesiæ pax intra suos parietes, eaq; (quæ est manu regis tradita) tranquillitas, piè, inuiolateq; seruentur. 1.

Porro autem si quis christianam fidem exuerit, adeòq; dictis, aut factis cultū promouerit barbarū, capitis æstimatione, mulcta, aut ipsa legis violatæ pœna, (prout ipsa feret facti ratio) culpa pensator. 2.

Si quis sacris initiatus clepserit, dimicarit, peierarit, aut fornicatus fuerit, capitis æstimatione, mulcta, aut legis violatæ pœna, pro ipsa delicti ratione compēsato: Deo saltē (prout se regulæ habue- 3.

finde. oþþe on cearcerne gebuge; Gif mæsse preost þæt folc misswisige æt freolse. oþþe æt fæstene. gylde xxx. scill. mid englum. ⁊ mid denum ðreo healfmarc; Gif mæsse preost to rihte ondagan crisman ne fecce. oþþe fulluhtes forwyrne ðæm ðe ðær ðearf sy. gild wite mid englum. ⁊ mid denum lahslite, þæt is twelf oran; Gif gehadod man hine forwyrce mid deaþescylde. gewylde hine mon. ⁊ healde to biscopes dome;

Be siblegerum;

4. Æt siblegerum ða witan geræddon. þæt cyng ah ðone yferan. ⁊ biscop ðære nyþeran. butan hit man gebete for god. ⁊ for worulde. be ðam. ðe seo dæde sy. swa biscop getæce; Gif twegen gebroþra. oþþon twegen genydmagas. wiþ ân wif forlicgan. betan swiþe georne. swa swa mon geþafige. swa be wite. swa be were. swa be lahslite. be ðæm ðe seo dæd sy;

5. Gif deaþe scyldig man scrifte spræce gyrne. ne forwyrne him man næfre; ⁊ ealle godes rihte fyrþrie mon georne be godes miltse. ⁊ be ðæm witan ðe witan to lædon;

rint ecclesiasticæ) faciat satis, atq; in custodiam (ni fideiußores admouerit) cōijcitor. Sacerdos si in diebus festis, aut ieiunijs populo indicendis errauerit, 30. solidis (si quidē id inter Anglos euenerit) mulctator: sin idem in dacis acciderit, sesquimarcam pēdito. Sacerdos si ad dies in hoc condictos oleum non pararit sacrosanctum, aut baptisma (cum vsus fuerit) denegarit, inter anglos mulctator, in dacis autem legis violatæ pœnas luito, Oras nimirū duodenas numerato. Si quis sacris initiatus capitale quicquam perpetrarit, capitor, vt tandem episcopo criminis admißi pœnas dependat. Legis violatae mulcta, quid sit.

De Incestu.

Præterea autē sapientibus visū est, vt qui fœdo se polluerint incestu, eorum qui fuerit superior rex habeat, inferiorem episcopus, ni citius cumulate deo & hominibus cōpensarint, & quod fuerit eis ab episcopo indictum, confecerint. Si duo fratres germani, alijue sanguinis neceßitate iuncti, cum vna eademq; vxore rem habuerint, capitis æstimatione, mulcta, aut legis violatæ pœna, prout æquum fuerit, ipsaq; feret facti ratio, compensanto. 4. Consule librū domesday, in titulo Douer.

5. Si quis rei capitalis damnatus, sua ingenue sacerdoti peccata confiteri cupiuerit, id ei conceditor. Omnes autē studiose ac sedulo iura omnia diuina prouehūto, ita vti diuinā misericordiam cōsequantur, atq; has a sapientibus irrogatas sontibus pœnas declinent.

6. Gif hƿa teoþunge forheolde. gylde lahslite mid denum, ƿite mid englum; Gif hƿa romfeoh forheolde. gylde lahslite mid denum. ƿite mid englū; Gif hƿa leohtgesceot ne gelæste. gylde lahslite mid denum. ƿite mid englum; Gif hƿa sulhælmyssan ne sylle. gylde lahslite mid denum. ƿite mid englum; Gif hƿa ænigra godcundra gerihta forƿyrne. gylde lahslite mid denum. ƿite mid englum; Gif he ƿigie, ⁊ man geƿundie. beo his feorhes scyldig; Gif he man to deaþe sylle. beo he þonne utlah. ⁊ him hente mid hearme ælc ðara ðe riht ƿille; ⁊ gif he geƿyrce. ꝥ hine mon afylle. ðurh ꝥ he ongean godes rihte. oþþe ðæs cyninges geonbyrde. gif man ꝥ gesoþige. licge he orgylde;

Be freols dæges ƿeorcum;

7. Sunnan dæges cypunge gif hƿa agynne. ðolie ðæs ceapes. ⁊ xii. ore mid denum. ⁊ xxx. scill. mid englum; Gif freoman freolsdæge ƿyrce. ðolie his freotes. oþþe gylde ƿite ⁊ lahslite; þeoƿe man þolige his hyde. oþþe hydegyldes; Gif hlaforde his ðeoƿan freols dæge nyde to ƿeorce. gylde lahslite se hlaforde inne on dæna lage. ⁊ ƿite mid englum;

Dacus si decimas non dederit, legis violatæ pœnas soluito, anglus mulctator: Dacus si debitũ Romæ nummum retinuerit, legis violatæ pœnam subito, anglus mulcta afficitor: Dacorum quisquam si ad candelas nummum non dederit, Iuris violati pœnas luito, anglus plectitor. Dacus si iustam nomine aratri elemosinam non soluerit, ruptæ legis pœnam dependito, anglo autem (si quid delinquitur) mulcta irrogator. Dacus si iura, aut officia quæcũq; diuina suppreßerit, aut retinuerit, legis voilatæ pœnam dependito, anglus mulctator. Si quis contumaciter obsistendo alium iura atq; officia diuina petentem vulnerarit, capitale esto: Sin mortẽ obtulerit, ab omni legis patrocinio destitutus habetor, eumq; omnes iustitiæ cultores vel inuitum ac læsũ capiũto. Atq; si eum suapte culpa iuri diuino aut regio se opponentem, morte occubuiße liquidò confirmetur, propterea ne quicquam penditor. 6.

De iis qui die dominico sua negotia agunt.

Dacus si die dominico quicquã fuerit mercatus, re ipsa, & Oris præterea duodecẽ mulctator, Anglus 30 solidos numerato. Liber si die quocũq; festo operis quicquã fecerit, aut seruituti subiaceto, aut mulctã, legisq; violatæ pœnã depẽdito: Seruus vapulato, aut pretio virgarum metũ redimito. Dacus si seruo suo inuito opus addixerit die quocũq; festo, rupti iuris pœnam dato. anglus mulcta afficitor. 7.

Be fæstenum;

8. Gif freoman rihte fæstan abrece. gylde ƿite. ⁊ lahslite; Gif hit ðeoƿmon gedô. ðolie his hyde. oþþe hydegyldes;

Be ordele ⁊ aþum;

9. Ordel ⁊ aþas syndon toceƿedene. freols dagum. ⁊ riht fæsten dagum; ⁊ se ðe ꝥ abrece. gylde lahslite mid denum. ⁊ ƿite mid englum;

Gif mon ƿealdan mæge. ne dyde mon næfre on sunnan dæges freolse ænigne forƿyrhtne; ac ƿylde. ⁊ healde ꝥ se freols dæge agân sy;

10. Gif lim læƿeo lama ðe forƿorht ƿære ƿeorþe forlæten. ⁊ he æfter ðæm ðreo nihte alibbe. Syþþan mot hylpan be bisceopes leafe, se þe ƿille beorgan sare. ⁊ saƿle;

11. Be ƿicum. ƿiglerum. mansƿorum. &c.

Gif ƿican. oþþe ƿigleras. mansƿoran. oþþe morþ ƿyrhtan. oþþe fule afylede æbere horcƿenan ahƿhar on lande ƿurþan agytene. ðonne fysie man of earde. ⁊ clænsie ða ðeode. oþþon on earde forfare hi mid ealle. buton hi geswican. ⁊ ðe deoper gebetan;

hwar

De ieiuniis.

Liber si indictum ieiunium cibo sumpto dissoluerit, & mulcta, & ipsa legis violatæ pœna plectitor; seruus vapulato, aut prætio redimito. 8.

De iureiurando, & Ordalio.

Porro autem festis diebus omnibus, & legitimis ieiunijs, ordaliũ nullus ingreditor, neue ad iusiurandũ addicitor: Dacorũ si quis contra fecerit, legis violatæ pœnas dato: Anglus mulcta plectitor. 9.

Nemo (quoad eius fieri poterit) cuiuscũq; sceleris admissi conscius, die dominico morti obijcitor, verum comprehensus (vsquedũ dies festus transierit) tenetor.

Si cui membrum corporis Sceleris admissi causa præcidatur, isq; tres noctes superstes fuerit, quisq; deinceps impunè (impetrata tamẽ ab episcopo venia) aut eius vulneri medicinam, aut animo consolationem, adhibeat. 10.

De Sagis, ariolantibus, peierantibus &c.

Sagæ, ariolantes mulierculæ, periuriosæ, pestiferæ, & meretrices fœdæ, ac flagitiosæ sicubi deprehendantur, a finibus regni (vt pura et integra plebs sit) relegantor, aut in regno (ni ab illa mente destiterint) ac cumulatius compensarint, male pereunto. 11.

Be gehadedum 7 ælþeodigum;

Gif mon gehadodne. oþþe ælþeodigne ðurh ænig ðing forrædde, æt feo. oþþe feorhe. ðonne sceol him cyning beon. oþþon eorl ðær on lande. 7 bisceop ðære ðeode. for mæg. 7 for mundboran. buton he elles oþerne hæbbe; 7 bete georne be ðæm ðe seo dæd sy Criste. 7 cyning. sƿa hit gebyrige. oþþe ða dæde ƿrece sƿiþe deope. ðe cyning sy on ðeode;

Desyderantur nonnulla.



regum

De iis qui sacris initiãtur, & de peregrinis.

Si quis sacris initiatus, incolaue, in ijs quæ ad fortunas, vitamue eius spectarint, decipiatur, tum ei nationis illius rex, aut Satrapas & episcopus, loco cognatorum, & patroni sunto, ni is aliunde habuerit. Fraudator vero (prout feret maleficij ratio) deo & regi satisfacito, aut graues qui est regionis illius princeps, sceleris admissi pœnas repetito.

(?;)





IC Æþelstane cyning mid geþeahte ƿulfhelmes mines hehbisceopes. ⁊ oþra minra bisceopa bebeode eallum minum gereafum ðurh ealle mine rice. on þæs drihtenes nama. ⁊ ealra halgena. ⁊ for mine lufu. ꝥ hi ærost mines agenes æhtes ðam teoþe gesyllaþ. ge ðær libbẽdes yrfes. ge ðær gearlices ƿestmes; ⁊ ꝥ ilce gedô eac ða bisceopas heora geƿhylcra. ⁊ eac mine ealdormanna. ⁊ gereafa; ⁊ ic ƿille ꝥ mine bisceopes. ⁊ gereafa ðær demaþ eallum ðe hio gehyrsumian gebyraþ. ⁊ ꝥ ilce to ðam tide fulfremaþ ðe ƿe hio settaþ. ⁊ ðær sie to ðæm dæg ðær beheafdunges Seint Iohannes þæs fulhteres. Utan geþencan ƿe hƿæt Iacob se hiehfæder to ðam drihten cƿæþ; Ic ðe ƿille gesyllan mine teoþan. ⁊ mine siblac; And drihten seolfe on ðam godspel cƿæþ; Eallum ðæm hæbbendum mon sceal agyfan. ⁊ hi genyhtsumiaþ; ƿe moton eac ðær ðencan ðe egeslic on ðissum bocum is geƿriten; Gif ƿe urne teoðan gesyllan nyllaþ. us ða nygon dælas biþ ætbrædene. ⁊ se teoþa ân us biþ to laf; Se godcunde lare us gemynaþ. ꝥ ƿe ða heofonlica ðinga mid ðam eorþlicum. ⁊ ða ecelic mid ðam hƿilƿendlicum

geearn-

Æthelstanus regnare { cœpit / desiit } Anno salutis humanæ, { 924. / 940.

EGo Æthelstanus Rex, ex prudenti Vlfhelmæ Archiepiscopi, aliorumq; episcoporum meorum consilio, summopere ijs omnibus qui in ditione nostra sunt præfectis per sacrosancta dei omniumq; sactorum numina, & pro mea in eos beneuolentia, mando & præcipio, vt præ cæteris iustas ex meo ipsius proprio, ac debitas pēdant tam viuorū animaliū, quam annuorū terræ prouentuū, decimas: id quod singuli episcopi, Senatores, præpositi præterea nostri faciunto. Episcopi autē, & præpositi nostri omnes qui sedēt in alios iudices, sub eadē formula iudicia exercento, atq; hæc omnia ad eū quē in hoc cōdiximus diem (festum scilicet Ioannis Baptistæ capite truncati anniuersariū) cōficiunto.

Porro autē nobiscum cogitemus, atq; animo diligenter expēdamus, quod deo dixerit pater excelsus Iacob, Decimas meas, & hostiam pacificam offerā tibi: Et quod dominus in euangelio fatus est, Omni dabitur habenti, & is abundabit: Recolamus præterea quæ in hoc ipso minaciter scripta sunt libro, Si decumas dare noluerimus, sola nobis remanente decima nouē detrahētur partes: Sermone etiā admonemur diuino terrenis cælestia, & caducis his nostris æter-

geearniaþ; Nu ge gehyraþ hwæt drihtene us be-beod. ⁊ hwæt us fulfremian gebyraþ; gedô ꝥ ge geearniaþ. Þam þinga þe ge me rihtlic begytan mæg; Ic nylle ꝥ ge me hwæt mid woh begytaþ; Gif ic eow ealla eowra þinga geunne. on þa gerade þe ge me mine geornniaþ. warniaþ eow. ⁊ hio þe eowe to belimpaþ. Þær drihtenes eorres. ⁊ mines; oferhyrnesse;

addenda ex Archiepi lib.

Ic Æþelstane cyning. eallum minum gerefum binnon mine rice gecyþe. mid geþeahte wulfhelmes mines arcebisceopes. ⁊ ealra mina oþra bisceopa. ⁊ godes þeowa. for mina sinna forgyfenesse. ꝥ ic wille. ꝥ ge fedaþ ealle wæga ân earm englisemon. gif ge him habbaþ. oþþe oþerne gefindaþ; fram twam minra feorma agyfe mon hine elce monaþ ane ambra meles. ⁊ ân sconc spices. oþþe ân ram weorþe iiii. peningas. ⁊ scrud for twelf monþa ælc gear; ⁊ ꝥ ge alysaþ an wite þeowne. ⁊ þæs ealle sie gedôn for drihtenesse mildheortnesse. ⁊ mine lufu. under þæs bisceopes gewitnesse. on þæs rice it sie; ⁊ gif se gerefa þis oferhealde gebete xxx. scill; ⁊ sie ꝥ feoh gedæled þæm þearfum. þe on þa tun synd þe þis ungefremed wunie. on þæs bisceopes gewitnesse;

Be

na illa promereri. Quandoquidem igitur audistis quid dominus iubeat, quidq; nos exequi debeamus, ea mihi vos tātūmodo cōparetis velim, quæ iuste ac legitime parare poßitis. Neq; enim mihi ad vitæ vsum quicquā iniuste acquiri cupiuerim. Etenim cū ea ego vobis lege vestra omnia benigne largitus sim, vt mea mihi vos itidē cōcedatis, prospicitote sedulo, ne quis vestrū, neue eorū aliquis qui vobis paruerit, offēsionē aut diuinam aut nostrā concitetis.

Ego Æthelstanus rex, clarè omnibus qui in ditione nostra sunt præpositis significo, me ex Vlfhelmæ archiepiscopi, aliorūq; episcoporum & seruorum dei consilio, ad expianda peccata mea statuiße, vt præfectorum quisq; Anglum vnum (si quidem eiusmodi quis inter eos fuerit) cibo sustentet, Si non fuerit, aliunde quæsito ad hunc modum victū subministret. Ex binis singulis villis meis quoque dātor mēse, Amphora farinæ vna, porci perna vna, aut quatuor denarijs æstimandus aries, atq; in singulos annos operimēta corporis. Libertate insuper mulctatū vnū aliquē pristinæ restituūto libertati. Atq; hæc omnia pro dei in nos omnes misericordia, nostraq; in eos beneuolētia, præsēte illius regionis episcopo fiūto. Quin si præpositorū quisquā hoc sciens prætermiserit, xxx. mulctator solidis, eaq; inter oppidi illius (in quo fuerit hoc prætermißū) egētes præsēte episcopo mulcta distribuitor.

dare distulerit.

Be ðeofum;

1 Ærest þ mon ne sparige nænne ðeof ðe æt hæbbendre hand gefangen sy. ofer twelf wintre. ⁊ ofer eahta peningas; ⁊ gif hwa hit dô. forgylde ðone ðeof be his were. ⁊ ne sy ðæm ðeofe na ðe geþingodre. oþþe hine be ðæm geladige; Gif he hine ðonne werian wille. oþþe fleon. ðonne ne sparige hine mon ær ðæm; Ofer gif mon ðeof on cwearcerne gebringe. þ he beo feowertig nihta ðær inne. ⁊ hine mon alyse þonne ut mid hund twelftigum scill. ⁊ ga seo mægþe him on borh þ he æfre geswice; And gif he ofer þ stalige. ðonne forgyldan hi hine be his were. oþþe hine eft þær in gebringan; ⁊ gif hwa hine forstande. forgylde hine be his were. swa ðæm cyng. swa ðæm ðe hit to gebyrige; ⁊ ælc man ðara ðe þære mid stande. gesylle cxx. scill. to wite ðæm cyng;

Be hlafordleasum mannum;

2 And we cwædon be ðæm hlafordleasum mannum. ðe nân man nân rihte æt begytan ne mæg. þ man bude ðære mægþe þ hi hine to rihte gehametten. ⁊ him hlaforde funden on folcgemote. ⁊ gif hi hine ðonne begytan nellon. oþþe ne magon to ðæm andagan. ðonne beo he syþþan flyma, ⁊ hine lecge for ðeofe se ðe him to cume; ⁊ se ðe hine ofer

þ

De furibus.

PRimũ, nemo cuiquã in furto manifeste deprebẽso, adeoq; in manu quod clepserit habẽti, ignoscito, si modo is annos duodecem natus, quod octo denarijs carius æstimetur, clepserit. Si quis cõtra egerit, capitis æstimationẽ ipsius furis pendito, aut habita eiusdẽ ratione crimẽ eluito, neq; vero cũ ipso fure lenius aut facilius agatur: Qui si contumaciter restiterit, fugamue capesserit, nemo ei in posterũ parcito. Si quis furẽ præterea in custodiã coniecerit, 40. dies is ibi maneto, quo tandẽ cõfecto spatio, 120. solidorũ solutione carcere liberator. Cognati autẽ ipsũ deinceps nõ prædaturũ præstanto. atqui si is tum postea quid clepserit, aut capitis eius æstimationẽ cognati pẽdunto, aut eũ reducũto in carcerẽ: quibus si quis temere obstiterit, regi, alioue (cuius intererit) cuipiã, proprij capitis æstimationẽ numerato, & si quis pro eo steterit præterea, soluat regi eo nomine 120. solidos.

se manure, veies Starford. fol.

de se bene gerendo.

De his qui domino prorsus nullo deseruierint.

Porro autẽ de his qui nullius se in familiã dederint, adeoq; nullus cõtra eos ius suum obtinere poterit, statuimus, vt eorum cognati illos cuiq; ius suum tributuros præstent, atq; in frequenti plebis cõuẽtu alicui in famulatũ addicant: id quod si noluerint, aut facere nõ poterint, pro fugitiuis habẽtor herifugæ illi, quiq; in eos inciderit, similiter ac præ-

vagarantes.

tum

ꝥ feormige. forgylde hine be his ƿere. oþþe hine be ðæm geladie;

3. And se hlaforde ðe rihte ƿyrne. ⁊ for his y-
felan men lecge, ⁊ mane ðone cyng forsece. for-
gylde ꝥ ceapegylde. ⁊ gesylle ðæm cynge cxx.
scill; And se ðe ðone cyng sece. ær he him rihtes
bidde, sƿa oft sƿa him to gebyrige. gylde ꝥ ylce
ƿite. ꝥ se oþer sceolde. gif he him rihtes ƿyrnde;
And se hlaforde ðe his ðeoƿan æt ðyfþe geƿita
sy. ⁊ hit open ƿurþe. ðolige ðæs ðeoƿan. ⁊ beo his
ƿeres scildig æt frumcyrre; Gif he hit oftor
dô. beo ealles scildig ðæs ðe he age; ⁊ eac sƿylce
cynges hordera. oþþe ure gerefena hƿylc. ðe
ðæra ðeofa geƿita ƿære ðe stæledon. beo be ðæm
ylcan;

Be hlafordsƿyrum;

4. And ƿe cƿædon be hlafordsƿyran. ꝥ he ƿære his
feores scyldig gif he hit ætsacan ne mihte. oþþe
on ðæm ðryfealdan ordale ful ƿære;

Be cyric bryce;

5. And ƿe cƿædon be cyricbryce. gif he ful ƿære
on ðæm ðryfealdan ordale. bete be ðæm sƿo dom-
boc secge;

Be ƿiccecræftum;

6. And ƿe cƿædon be ðæm ƿiccecræftũ. ⁊ be lyb-
lacum.

dones pulsato. Atqui si quis eis in posterum suppetias attulerit, proprij capitis æstimationē pendito, aut habita eiusdem ratione, omni se culpa exoluito.

Dominus autē alteri ius suū si denegarit, ac seruo nequā atq; improbo suffragari voluerit, adeo vt de ipso apud regē habeatur queremonia, rei petitæ æstimationē iustā præstato, & regi præterea 120. solidos numerato. Verūtamē si quis regi antea questus fuerit, quā toties ius æquū quoties præscribitur sibi fieri flagitarit, id mulctæ quod alteri si ius æquū denegasset irrogari oportuerat, subito. Herus præterea si furto serui sui conscius fuisse coarguatur, seruo, proprijq; capitis æstimatione mulctator primo, atq; idē postea si factitarit, rebus suis omnibus plectitor. Idem iuris esto, si præpositorum, aut Questorū quisquam in furti cōscientiā adsciscatur. 3.

De iis qui dominis suis insidias struxerint.

Si quis domino suo calamitatem struxisse accusetur, neq; id legitime poterit inficiari, quin ipsa triplicis Ordalij sententia sceleris fuisse conscius coarguatur, capitale esto. 4. petit treasō.

De irruptione in fanum.

fonne æt fulluhte. ne æt biscopes handa ðe ma. ær ðe he hit leornige þ he hit wel cunne;

23. ⁊ we lærað þ man wið healice synna. ⁊ wið deofollice dæda scylde swyðe georne on æghwylcne timan; ⁊ bete swiðe georne be his scriftes geþeahte. se ðe ðurh deofles scyfte on synna befealle;

24. And we lærað þ man wið fulne galscype. ⁊ wið unrihte hæmed. ⁊ wið æghwylcne æwbrece wærnige symle.

25. ⁊ we lærað eac georne manna gehwylcne. þ he godes ege hæbbe symle on his gemynde. ⁊ dæges ⁊ nihtes forhtige for sinnum. dôm dæg ondræde. ⁊ for helle agrise. ⁊ æfre him gehende endes dæges wene;

26. Biscopas syndon bydelas. ⁊ godes laga lareowas. ⁊ hig scolā bodiā. ⁊ bisnian georne godcunde þearfe; gyme se ðe wylle. forþā wac biþ se hyrd fundē to heorde. ðe nele þā heorde þe healdan sceal mid hreame bewerian. butō he elles mæg. gif ðær hwylc þeodsceaþ sceaþian onginneþ; Nis nân swa yfel sceaþa swa is deofol sylf; He biþ a ymbe þ ân. hu he on mannum sawlum mæst gesceaþian mæge; þonne moton ða hyrdas beon swyðe wacore. ⁊ geornlice clepiende ðe wið ðonne ðeod sceaþan folce sceolan scyldan; þ syndon biscopas. ⁊ mæsse preostas. þe godcunde heorda bewarian. ⁊ bewerian scylan mid wislican laran. þ se wôdfreca werewulf to swiþe ne slyte. ne to fela ne abite of godcundre heorde; ⁊ se þe

ofer

sacrum fontem, vel coram episcopo pro alio suscipere, ni hæc prius perdiscat, & pulchrè calleat.

Hortamur etiam, vt exitialia crimina, sceleraq; atrocia, atq; immania singuli semper studiose declinent: & si quid fortè impulsu diaboli delinquitur, id omne documento sacerdotis resarcitor. 23.

Admonemus porro, turpe vt stuprum, illicitam venerem, atque fœderis coniugalis violationem omne tempus ætatis deuitent singuli. 24.

Porro autem docemus, vt in omnium semper animis dei timor penitus insideat, dies noctesq; supplicia pro maleficijs metuant, diem iudicij timeant, tetros inferorum cruciatus horreant, extremum deniq; vitæ diem instare quotidie atq; imminere arbitrentur. 25.

Sunto sane episcopi, dei præcones, ac diuini iuris interpretes, eorũ est rerũ diuinarũ commoda prædicare palam, seque alijs exempla viuendi ad imitandum exponere, Aures vero, animumq; ad ea attendant qui velint. Malus siquidem est custos qui creditum sibi gregem voce saltem (si vltra non detur) aduersus eum qui spoliaturus venit non defenderit. Vnus autem omnium nocentissimus est diabolus, qui operosè hoc vnum molitur semper, vt mortalium animis struat calamitatem. Quapropter pastores vigilare, excubare, & proclamare oportebit, vt quæ populo ab his infensis aduersarijs impendent mala, eis præuisa atque præcauta sint omnia. Pastores vocamus, episcopos, & Sacerdotes, quorum partes sunt eruditione, atque doctrina gregẽ domini speculari, ac defendere, ne eum aliquãdo lupus furore & scelere inflammatus, mordicus laceret, atque dilaniet. Veruntamen si quis tum denique fuerit, cuius aures diuinis præceptis, ac monitis non pa- 26.

ofer hogige ꝥ he godes bodan hlyste. hæbbe hym gemæne ꝥ ƿiþ god sylfne; A sy godes nama ecclic gebletsod. ⁊ lof him. ⁊ ƿuldor. ⁊ ƿurþmunt. symble æfre to ƿoruld.

Amen;



ÐIs is ðonne seo ƿorldcunde gerædnes. ðe ic ƿille mid minan ƿitenan ræde. ꝥ man heald ofer eall englaland;


1. ꝥ is þonne ærost; ꝥ ic ƿille. ꝥ man rihte laga upp arære. ⁊ æghƿylce unlaga georne afylle. ⁊ ꝥ man aƿodige. ⁊ aƿyrtƿalige æghƿylce unriht. sƿa mō geornest mæge of ðissum eard. ⁊ arære up godes riht; ⁊ heonan forþ læte māna gehƿylcne geearme ge eadigene. folc rihtes ƿyrþe. ⁊ him man rihte domes deme;

2. ⁊ ƿe lærað. ꝥ ðeah hƿa agylte. ⁊ hine sylfne deope forƿyrce. ðonne gefadige man ða steore. sƿa hit for gode sy gebeorhlice. ⁊ for ƿorulde aberendlice; ⁊ geþence sƿiþe georne se ðe domes geƿeald age. hƿæs he sylf georne. ðonne he ðus cƿeþ. Et dimitte nos debita nostra, sicut & nos dimittimus. And ƿe forbeodaþ. ꝥ man cristene mē for ealles to lyt-

hum

tuerint, eius rei rationem causamque deo reddat atque exponat necessum est. Collaudetur nomen domini in perpetuum, ei laus, gloria, & honos in omnes seculorum ætates, Amen.

(∵)





Æc illa humana, atque politica sunt iura, quæ sapientum adhibito consilio, per omnem Angliam obseruari precipio:

In primis iustæ leges vt efferantur, iniustæ deprimantur, volo. Iniquitatem atq; injuriam pro sua quisque virili parte omnem è regno radicitus euulsam funditus extirpato, iustitiamq; extollito diuinam. Ad posterum vero inopes æquè atq; diuites digni qui iure fruantur legitimo putandi sunt, atq; vtrisq; ex æquo & bono ius reddendum. 1.

Edocemus autem, vt si quis in re deliquerit aliqua, adeòque capitale aliquod crimen admiserit, eá tamen in mulcta irroganda adhibetor moderatio, vt ad diuinam clementiam temperata, hominibus tollerabilis esse videatur. Et quidem animo cogitet qui iudicia exercet, ipse quid petat cum ad hunc modum loquatur: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c.* Interdicimus autem ne christianus quisquā ad mortem exiguæ alicuius, & contemnendæ rei causa 2. moderat· misericord.

 mitta-

hum huru to deaþe ne forræde; Ac elles geræde man friþlice steora. folc to ðearfe; ⁊ ne forspille man for litlum godes handgeweorce. ⁊ his agenne ceap ðe he deore gebohte;

3. ⁊ we forbeodaþ. þ mā cristen mē ealles to swiþe of earde ne sylle. ne on hæþene dome; þ man þa sawla ne forweorþe. ðe crist mid his agenum life gebohte;

4. ⁊ we beodaþ. þ man eard georne clænsian agynne on æghwylcan ende. ⁊ man fulra dæda æghwær geswyce; ⁊ gif wiccan. oþþe wigleras. morþwyrtan. oþþe horcwenan ahwær on lande wurþā agytene. fysie hi man georne ut of þysan earde. oþþe on earde forfare hig mid ealle. buton hi geswican. ⁊ ðe deoror gebetan; ⁊ we beodaþ þ wiþersacan. ⁊ utlagan. godes. ⁊ manna. of earde gewitan. buton hig gebugon. ⁊ þe geornor betan; ⁊ ðeofas. ⁊ ðeodsceaþan to timan forwyrþan. buton hig geswican;

5. We forbeodaþ eornostlice ælcne hæþenscype; Hæþenscype biþ. þ man idola weorþige. þ is. þ man weorþige hæþene godas. ⁊ sunnan. oþþe monan. fyre. oþþe flodwæter. wyllas. oþþe stanas. oþþe æniges cynnes wudu treowa. oþþe wiccan cræft lufige. oþþe morþweorc gefremme on ænige wysan. oþþe on blote. oþþe on fyrhte. oþþe on swylcra gedwymera ænig ðing dreoge;

6. Mansagan. ⁊ manswaran. hâd bræcan. ⁊ æwbræcan gebugan. ⁊ gebetan. oþþe of cyþþe mid synnan gewitan;

mittatur: Quin potius miti & moderata ad reipub. vtilitatem vtendum erit animaduersione. Neque enim pro tantulo, opus manuum Domini, quodque ipse ingenti redemit precio, deperire sinant.

Prohibemus autem, ne christiana fide tinctus quispiam a regno procul amandetur, neue ad eos qui nondum christo fidem adiunxerunt relegetur: ne eorum aliquando fiat animorum iactura, quos propria Christus vita redemit. 3.

Præterea etiam precipimus, ditio vt hæc nostra vndique purgetur, atque a nefarijs sceleribus vsquequaque temperetur. Tum, si sagæ, ariolantes muliercu-læ, tabificæ, meretrices fœdæ ac flagitiosæ sicubi in regno deprehendantur, a regni finibus relegantor, aut in regno (ni ab illa mente destiterint ocyus, moresq; in melius commutarint) malè pereunto. Qui ius, legesq; diuinas, et humanas refugiunt (nisi quidem resipuerint, ac cumulatè compensarint) extorres agi iubemus. Fures deniq;, atq; alij omnes populo summam per iniuriam infesti, (nisi etiam ab alienis manus abstinuerint) breui cladem expectanto. 4

Adorationem barbaram planissimè vetamus. Barbara est autem adoratio, siue quis idola (puta gentium diuos) Solem, Lunam, Ignem, Profluentem, Fontes, Saxa, cuiuscunq; generis arbores, lignaue coluerit: Siue sagarum superstitiones obseruarit: siue magnam alicui cladem, ductis sortibus, ardentibus ue tædis attulerit: Siue deniq; falsis, & mendacibus visis mortalium mentes concitarit. 5.

Homicidæ, peierantes, ordinum atq; coniugalis fœderis violatores, ni ocyus ad se redierint, ac compensarint, vnà cum hisce flagitiosis sceleribus patria exterminantor. 6.

7. Liccenas. ⁊ leogonas. wewenas. ⁊ reafanas godes gramian habban. buton hig geswycan. ⁊ ðe deopor gebetan, ⁊ se ðe wille eard rihtlice clænsian. ⁊ unriht alegan. ⁊ rihtwyrne lufian. ðonne mot he georne ðillices styran. ⁊ ðillic ascunian;

8. Vtan eac ealle ymb fryþesbote. ⁊ embe feos bote smeagan swiþe georne; Swa ymbe fryþes bote: swa þam būdan sy selost. ⁊ ðā þeofon sy laþost; ⁊ swa ymb feosbote. ꝥ ane mynet gange ofer ealle ðæs þeode. butō ælcon false; ⁊ ꝥ nân man ne forsace; ⁊ se ðe ofer þis false wyrce. ðolige ðæra hâda ðe he ꝥ false mid worhte; ⁊ he hig mid nânum ðingū ne gebicge. ne mid golde. ne mid seolfre; ⁊ gif man þone ðone gerefan teo. ꝥ he be his leafe ꝥ false worhte; ladige hine mid ðryfealdre lade; ⁊ gif seo lad ðone berste. habbe ðonne ylcan dôm þe se ðe ꝥ fals worhte;

9. And gemetta ⁊ gewyhta rihta man georne. ⁊ ælces unrihtes heonon forþ geswice;

10. Burgbote. ⁊ bricgbote. heonon forþ. ⁊ scip forðunga, aginne man georne; ⁊ fyrþunga eac swa â ðonne ðearf sy for gemænelicre neode;

11. ⁊ smeaga man symle on æghwælce wysan. hu man fyrmest mæg ræd aredian ðeode to ðearfe. ⁊ rihtne cristendom swyþost aræran. ⁊ æghwilce unlaga georne afyllan; For ðam ðurh ꝥ hit sceal on earde godian to ahte ꝥ man unriht alecge. ⁊ riht-

wis-

Assentatores, mendaces, prædones, rapaces, (ni malo temperarint, cumulateq; satisfecerint) offensionem dei grauissimam incurrant. Si quem igitur de patria a nefarijs Sceleribus expianda, de iustitia extollenda, conculcandaq; iniquitate cura attingat vlla, is eniti & contendere debet quam maxime possit, hæc omnia vt cohibeat, atq; deuitet. 7.

Porro de pace tuenda, nummoq; corrigendo, curiosius exquiramus. Paci quidem ita erit consulendum, habitatoribus & incolis nihil vt ea sit optatius, furunculis autē nihil quicquam infensius aduersetur. Quod ad monetam attinet, vnus idemq; bonus per omnem ditionem nostram numus esto, atq; eundem nemo respuito. Sin quis numum corruperit, ei manus scelere violata præciditor, eamq; prece vel precio redimi nefas esto. Atqui si præposito crimini detur, bona eius venia numos adulterasse alterum, purgatione is tripla se culpa liberato, & si in excusatione afferenda ceciderit, pari cum adulteratore pœna afficitor. 8.

falsors de coyne.

In dimensione & pondere nihil esto iniquum: ab iniquitate vero deinceps quisq; temperato. 9.

Oppida, pontesq; posthac instaurantor: præsidij fiat apparatus terrestris, ac maritimus, quoties eius muneris necessitas reipub. obuenerit. 10.

Nobis vero omni ope atq; opera enitendum erit, qua potissimum ratione ea exquiramus consilia, quæ ad reipub. pertinent vtilitatem, pietatem cōfirment christianam, atq; omnē funditus iniustitiam euertant. Ex ijs enim id tandem regno obueniet emolumenti, ini- 11

wærnesse lufige for gode. ⁊ fore worulde;

12. Þis syndon ða gerihte ðe se cyning ah ofer ealle men on Westseaxan; ꝥ his mundbryce. ⁊ hamsocne. forstal. ⁊ fyrdwite butan hwæne furþor gemæðrian wille; ⁊ se ðe utlages worce gewyrce. wealde se cyning ðæs friðes; ⁊ gif he bocland hæbbe. sy ꝥ forworht ðā cyninge to handa. sy þæs mannes mā ðe he sy; ⁊ lôc hwa ðone flyman fede. oþþe feormige. gylde fif pund ðam cyninge. buton he hine geladige. ꝥ he hine fleame nyste;

fedan ⁊ feormiā;

13 And in Myrcean eal swa hér beforan gewrytan is ofer ealle men;

14. ⁊ on Denalaga he ah fyhtwite. ⁊ fyrdwite. ⁊ gryðe brec ⁊ hamsocne. butā he hwæne furþor gemæðrian wille; ⁊ gif hwa ðonne fryðleasan man healde. oþþe feormige. bete ꝥ swa hit ær lagu wæs; ⁊ se ðe unlage arære. oþþe undome gedeme heonon forþ forlæþþe. oþþe feoh fange. beo se wiþ þonne cyning his weres scyldig on englalaga. buton he mid aþ cyþan durre. ꝥ he hit nân rihtor ne cuþe; ⁊ ðolige â his ðegenscypes. buton he hine æt ðā cyninge gebicge. ⁊ swa he him geþafian wylle; ⁊ on denalage lahslites scyldig. butō he hine geladige. ꝥ he na bet ne cuþe; ⁊ se ðe rihte lage. ⁊ rihtne dôm forsace. beo se scyldig wiþ ðonne ðe hit age. swa wiþ cyning cxx. scill. ⁊ swa wiþ eorl. lx. scill. swa wiþ hundred xxx. scill. swa wiþ ælc ðæra. gif hit swa gewyrþeþ on en-

gla

quitas vt deprimatur, iusticia vero in dei atq; hominum efferatur conspectu.

Hæc quidem omnia ab occiduis Saxonibus rex suo sibi iure (ni is alium eo dignitatis ornamento dignum iudicarit) vendicat: pœnam violatæ pacis, atq; irruptionis in domum, aditus quoq; interclusi, detrectatæq; militiæ mulctam petit. Si quis porro commissi maleficij causa, omni legis patrocinio fuerit exclusus, eius in integrum restituendi regẽ penes arbitrium esto: Atq; si quæ scripto prædia possederit, mulcta regi sunto, cui is cunq; seruierit. Item siue quis fugitiuo subministrarit cibum, siue eum in tectum admiserit suum, pendito regi eo nomine (nisi quidem imprudentiæ excusationem attulerit) libras quinq;.

Hæc eadem Rex in omni Mercia pro suis vendicat. 13.

In ijs autem quæ iure Dacorũ regũtur regionibus, dimicationis, & militiæ deuitatæ, violatæ pacis, atq; incursionis in domum mulctæ regi sunto, nisi quidem is ius suum alteri honoris causa cesserit. Siue autem quis deinceps pace regia exclusum aliquẽ occultarit, ac dissimularit, siue ei suppetias attulerit, perinde vt præscribitur, compensato. Si quis contra quam fas est leges administrarit, vel pro odio quod in alium habuerit iudicarit perperam, aut deniq; nummarium se iudicem præbuerit, proprij capitis æstimatione anglorum iure regi damnatur: nisi quidem legum id accidisse inscitia, neq; adeo iustius eum potuisse iureiurando confirmare non verebitur: dignitate etiam summouetor sua, nisi eandem (prout se feret voluntas regia) redimerit. Iure autem dacorum violatæ legis mulcta est afficiendus, inscientiæ excusationem si nõ attulerit. Verum enim uero si quis iuri legitimo, synceroq; refragabitur iudicio, ijs (quorum intersit) mulcta esto: Ad Regem si pertinuerit, dantor centum viginti solidi: Satrapæ si interfuerit, Sexageni penduntor: Ad centuriam si spectarit, triginta. Id quod iure quidem anglorum fa- 14.

prerogatiue en pardoner utlages.

Eschete, w forfeiture al roy.

iiij

glalage; ⁊ se ðe on Denalage rihte lage wyrde. gilde se lahslite;

15. ⁊ se ðe oferne mid woh forsecgan wille. þ he aþor oþþe feoh. oþþe feorh. þe wyrse sy. gif þonne se oþer þ geunsoþiā mæge. þ him mā on secgā wolde. sy his tungan scyldig. buton he hine mid were forgilde;

16. And ne gesece nân man þone cyning. buton he ne mote beon naner rihtes wyrþe innan his hūdrede; ⁊ sece man hundredes gemote be wite. eall swa hit riht is to seacan;

17. ⁊ habbe mon ðriwa on geara burhgemot. ⁊ twa scyregemot. buton hit oftor sy; ⁊ ðære beo on ðære scyre biscop. ⁊ se ealdorman. ⁊ ðær ægþer teacan ge godes riht. ge weoruld riht;

18. ⁊ ne nime nân man nane name. ne innan scyran. ne ut of scyre. ær man habbe ðrywa on hundrede his rihtes gebedan; Gif he æt ðā ðriddā cyrre nan riht nabbe. ðan fare he æt þam feorþan syþe to scyregemote; ⁊ seo scyre him sette þonne feorþan andagan; Gif se ðonne berste. nime ðonne geleafe ge heonon ge þanon. þ he mote hentan æfter his âgenan;

19. ⁊ we willaþ. þ ælc freoman beo on hundrede. ⁊ on teoþunge gebroht. ðe ladewyrþe beon wille. oþþe weres wyrþe. gif hine hwa afylle ofer XII. wintra; oþþe he ne beo æniges freorihtes wyrþe. sy he heorþfæst. sy he folgere. þ ælc sy on hundrede. ⁊ on

borghe

ciundum est, si eorum omnium communiter interrerit. Ex lege autem dacorum, si quis iuri legitimo reclamarit, violatæ legis mulcta est afficiendus.

Si quis alterum probri insimularit, quamobrem corpori eius damnum inferatur, aut de fortunis imminuatur aliquid, tum si alter auditiones illas tanquam falsas refellere & coarguere poterit, conuiciatori lingua exciditor, ni is eandem integra capitis æstimatione data redemerit. 15.

Nemo de iniurijs alterius Regi queratur, nisi quidem in centuria iustitiam consequi & impetrare nō poterit. Centuriæ autem comitijs quisq; (vt quidem par est) interesto, aut saltem debito absentiam luat supplicio. 16.

Municipalia ter quotannis habentor comitia. Celeberrimus autem ex omni Satrapia bis quotannis (aut etiam sæpius) conuentus agitator: cui quidem illius diœcesis episcopus & Senator intersunto, quorum alter iura diuina, alter humana populum edoceto. 17. Turn del vicot.

Nemo alium intra Satrapiam, neue extra quidem ablatis pignoribus coerceto, ni prius ius æquum sibi fieri in centuria ter postularit. Sin is iam tertium flagitarit, neq; vero ius suum obtinuerit, celebrem illam ex omni Satrapia coactam plebis concionem adito, eaq; quartum statuito diem, si nec tum quidem impetrarit, liberam sui iuris vbiuis recuperandi licentiam assequitor. 18. distress.

Præterea autem precipimus, vt liberæ conditionis quisq; in centuriam, ac decemuirale aliquod collegium se conijciat, si modo qui se purget atq; ab alio capitis æstimationem petat, se dignum haberi cupiuerit: Neq; enim aliter, annum ætate duodenum progressus (si forte iniuria afficiatur) pari cum ingenuo iure fruatur. 19. Hundreth. Tithinge. douzein.

borhge gebroht. ⁊ gehealde se borh hine. ⁊ læde to ælce rihte; Manig strecman ƿyle. gif he mæg ⁊ mot. ƿerian his man sƿa hƿæþer him ðincþ ꝥ he hine aƿerian mæge. sƿa for frigne. sƿa for ðeoƿne; Ac ƿe nellaþ geþafian ꝥ unrihte. ⁊ ƿe ƿyllaþ. ꝥ ælc man ofer tƿelf ƿintre sylle ðonne aþ. ꝥ he nelle ðeof beon. ne ðeofes geƿita;

20 ⁊ sy ælc man getriƿaman. ðe tihtbysig nære. ⁊ naþor ne burste ne aþ. ne ordal innan his hundred anfealdre lade ƿyrþe; ⁊ ungetriƿe men ceose man anfealdne aþ on þrim hundrede. ⁊ þryfealdne aþ sƿa ƿide sƿa hit to ðære byrig hyre. oþþe gá to ðam ordale; ⁊ of ga man anfealdne lade mid ðryfealde foraþe; ⁊ gif ðegen hæbbe getryƿne man to for aþ for hine. ꝥ sƿa sy; Gif he næbbe. of ga sylf his spræce. ⁊ ne beo æfre ænig foraþ forgyfen;

21 ⁊ ne beo ænig man æniges teames ƿyrþe. buton he getryƿe ƿitnesse habbe. hƿanan him come ꝥ him man æt befehþ; ⁊ gecyþe se geƿitnesse. ꝥ on godes helde. ⁊ on hlafordes. ꝥ he him on soþre geƿitnesse sy. sƿa he hit eagum ofersеah. ⁊ earum ofer hyrd. ꝥ he hit mid rihte begeate;

22 ⁊ nân man nân ðinge ne gebicge ofer feoƿer penig ƿeorþe. ne libbende. ne licgende. buton man hæbbe getreoƿe geƿitnesse feoƿer manna. sy hit binnan byrig. sy hit upon lande; ⁊ gif hit má þonne beƿô. ⁊ he þillice geƿitnesse næbbe. ne beo ðær nân team; Ac agife man ꝥ agen friƿgeã his agen. ⁊ ꝥ æfter

Siue enim is rei familiaris administrator, siue famulus fuerit, in centuriam ascribendus est aliquam, eiusq; sistendi (quoties fuerit in crimen vocatus) fideiussores adhibendi. Nonnulli quidem potentes famulos suos (cum id possent, atq; per leges liceat) protegere conantur, aliàs liberos, aliàs seruos esse affirmantes. Nos vero iniquitatem illam haud laturi præcipimus, vt quisq; annos ad duodecem natus iureiurando fidem det, omni se in posterum ætate, tum furto, tum furti societate & conscientia temperaturum. douzeins en lete.

Vnicuiq; præterea fideli, qui crebræ accusationis infamia minime fuerit notatus, neq; vero in centuria iusiurandum violarit, aut Ordalij iudicio ceciderit, singularis quidem excusationis potestas erit faciunda. Infidus autem, vel ad iusiurandum in tribus centurijs simplum, vel ad Sacramentum (pro eo ac fuerit illius curiæ mos & consuetudo) triplum, vel ad ipsum deniq; Ordalium adigendus erit. Sane quidem purgatio simplex triplici præiuramento est conficienda. Ingenuus autem si quem habuerit fidum qui vice fungatur sua, is præiurator esto, si non habuerit, ipse iusiurandum accomodato. Neq; vero præiuramentum vllum vnquam est prætereundum. 20. wager de ley.

Porro autem nemini fiat aduocandi potestas, ni prius amplissimis indicarit testimonijs, a quo sit rem quæ illum penès est deprehensa, adeptus. Testes vero pro sua in deum ac dominos obseruantia asseuerent, se religiosissime dixisse testimonium, adeoq; oculis atq; auribus accepisse, iure eum optimo rem illam assecutum. 21.

Nemo intra ciuitatē, neq; ruri quidē, quicquā siue viuū, siue mortuū, quod quatuor superet denarios emito: nisi in eam rē quatuor fidorum hominum habeat testimonium. Atqui si quis testibus non adhibitis quicquā fuerit mercatus, idemq; alter vti suum ipsius proprium vendicarit, emptori nulla fiat aduocandi potestas, verum is domino rem reddito, iustumq; rei precium, præ- 22.

ƿer gyld. ⁊ ða ƿite ðam ðe hit age; ⁊ gif he ƿit-
nesse hæbbe. sƿa hær beforan cƿædon is. ðan tyme
hit man ðryƿa. æt ðā feorðan cyrre ahnige hit.
oþþe agife þā þe hit age; ⁊ us ne ðyncþ nān riht.
ꝥ ænig man agnian sceole. ðær geƿitnesse biþ. ⁊ mā
gecnaƿan can ꝥ ðær bregden biþ. ꝥ nan man hit nah
to geagnianne raþort þinga ær six monþum, æfter
ðam ðe hit stolen ƿæs;

23. ⁊ se ðe tyht byrig sy. ⁊ folce ungetreoƿe. ⁊ þæs
gemot forbuge ðryƿa. ðonne sceaƿige man of fe-
orrdam gemote, ða ðe him to ridā. ⁊ fynde þone
gyt borh. gif he mage; Gif he ne mage, ðonne ge-
ƿylde man hine. sƿa hƿæþer man mage. sƿa cucne. sƿa
deadne. ⁊ niman eall ꝥ he age; ⁊ gilde man ða teon-
de his ceapgyld. ⁊ fô se hlaford elles to healfum. to
healfan ꝥ hundred; ⁊ gif aþor oþþe mæg. oþþe fremde man þa rade forsace. gilde ðā cyning cxx. scill;
⁊ gesece se æbere ðeof ꝥ ꝥ he gesece. oþþe se ðe on
hlaford searƿe gemet sy. ꝥ hi næfre feoh ne ge- — feorh.
sece æt oþerre ðyfþe;

24. ⁊ se ðe on gemote mid ƿiþertihtlan hine sylf-
ne. oþþe his man ƿerige. habbe ꝥ ealle for specen. ⁊
geandƿyrde ðam oþran. sƿa hundred rihte ðince;

25 ⁊ ꝥ nân man nenne man ne underfô. na leng ðon-
ne þreo niht. butō se hine befæste se ðe he ær fol
gode; ⁊ nân man his men fram him ne tæce. ære he
clæne sy æt ælcere spræce. ðe he ær beclyped ƿæs;

26. ⁊ gif hƿa ðeof gemete. ⁊ hine his ðances an ƿêg

lete

terea & mulctam (cui iure debetur) perſoluito. Sin is teſtatò ad eum quē diximus modum fuerit mercatus, tum quidem danda eſt ter aduocandi venia, quarto autem (ni alius ſuo ſibi iure proprietatem aſſumpſerit) rei domino deferatur. Neque vero nobis æquum videtur, ſiue vt quis proprium quid & ſuum eſſe dicat, cum ſint cōtra eum teſtimonia, adeoq; per ſummam id fraudem & malitiam fictum manifeſte appareat, Siue vt nondum plenè confecto ſemeſtri ſpatio, quod furtim ſurreptum fuerat ſibi vendicet.

Si quis crebræ accuſationis flagrarit ignominia, 23.
eiuſq; apud omnem populum fuerit infirmata fides, atque adeò comitia ter ſubterfugerit, quarto quidem curialium nonnulli eò iter faciunto, atq; tum demum eius ſiſtendi vades (ſi poterit) admoueto: ſi non poterit, eum illi ſiue viuum, ſiue mortuum prehendunto, ac res ſuas omnes capiunto, datoq; petenti iuſto rei precio, alteram bonorum reliquorum partem dominus, alteram centuria habeto. Atqui ſi curialium quiſquam, ſiue is alteri cognatus (ſiue nulla cum eo ſanguinis neceſſitate coniunctus fuerit) iſtuc ire noluerit, dato regi eo nomine centum viginti ſolidos. In furto autem manifeſto, & perfida dominorum proditione deprehenſi, vt quærāt omnia, quomodo vitam conſeruent non reperient.

Si quis adhibitis è contrario litium calumnijs, ſiue 24.
ſeipſum, ſiue famulum in crimen vocatum, in frequenti plebis conuentu culpa liberare contenderit, is quidem fruſtrà ſuſcipiatur labor, quin prima (prout centuriatis videbitur æquum) procedat controuerſia.

Nemo alium hoſpitio (niſi quidem ab eo cui prius 25.
deſeruierat cōmendatum) plus triduò accipito, Neue quis ſeruum criminis poſtulatum familia ſummoueto ſua, ni is prius omni ſe criminis ſuſpicione liberarit.

Si quis latroni obuiam dederit, eumq; nullo edito 26.
clamore abire permiſerit, quanticunq; fuerit latronis

 vita

læte buton ƿreame. gebete be ðæs ðeofes ƿere. oþ-
*al. lade. i. excusatione. þe hine mid fullum *aþe geladige ꝥ he him nân facn
mide nyste; And gif ƿa ƿreame gehyre. ⁊ hine
forsitte. gylde þæs cyninges oferhyrnesse. oþþe
hine be fullan geladige;

27 Gif hƿylce man sy sƿa untrƿe ðam hundrede. ⁊
sƿa tihtbysig. ⁊ hine ðonne ðry men æt gædere
teon. ðonne ne beo þær nan oþre. buton ꝥ he gange
to ðam ðryfealdan ordale; Gif se hlaford ðonne
secge. ꝥ him naþor ne aþ ne ordale ne burste. syþþan
ꝥ gemot ƿæs on ƿinceastre. nime se hlaford him
tƿegẽ getrƿyre man to innan ðam hundrede. ⁊ sƿe-
rian ꝥ him næfre aþ ne burste. ne ordale. ne he ðe-
of gylde ne gulde. buton he ðonne geƿeafan hæb-
be. ðe ðæs ƿyrþe sy. ðe ꝥ dôn mæge; Gif se aþ ðo-
ne forþ cume. ceose ðe man ðe ðær betihtlad sy.
sƿa hƿæþer he ƿille. sƿa anfeald ordale. sƿa punder ƿe-
orþne aþ innan ðam ðrym hundredan ofer 30. pe-
nega; ⁊ gif hig ðone aþ syllan ne durrẽ. gange he
to ðam ðryfealdan ordale; ⁊ ofga man ꝥ ðry-
feald ordale ðus; Nime fife. ⁊ beo sylf sixta; ⁊ he
ðonne ful ƿeorþ æt ðã forman cyrre. bete ðam
teonde tƿygylde. ⁊ ðam hlaforde his ƿere. ðe ðæs
ƿyrþe sy; ⁊ sette getrƿyre borgas ꝥ he ælces y-
feles eft geƿice; ⁊ æt ðã oþrũ cyrre. ne sy ðær
nân oþer bôt. gif he full ƿurþe. butõ ꝥ man ceorf
him ða handa of. oþþa ða fete. oþþe ægþer be ðam

ðe

vita æstimata extremum soluat denariolum, aut pleno perfectoq; iureiurãdo de facinore se nihil habuisse cogniti confirmato. Sin quis proclamantem exaudierit, neq; vero fuerit insequutus, suæ in regem contumaciæ (ni omnem criminis suspicionem diluerit) pænas dato. Huy, ~ Crye

Si cuius apud centuriatos labefactata sit fides, adeòque is crebræ fuerit accusationis infamia notatus, vt eum tres simul viri criminentur, alia quam ex triplici Ordalio excusatio nulla est accipienda. Verum enim vero si herus eius affirmarit, nec iusiurandum violasse seruum, nec iudicio Ordalij (post coactum vintoniæ concilium) cecidisse, ex eadem illa centuria fidelem vnum & alterum herus euocato, qui vnà secum iureiurando confirment, nec fidem iureiurando obstrictam fefellisse seruum, nec Ordalij sententia in reos relatum, nec furti nomine persoluisse quicquam, nisi quidẽ præsto fuerit præpositus aliquis, cuius in hac re satis habeat ponderis dicti autoritas. Tum si iusiurandum dederint, accusato fiat eligendi potestas, vtrum simplicis Ordalij sententiam subire, an iusiurandum quod vni libræ & 30. denarijs æquali proportione respondeat, in tribus centurijs præstare voluerit. Sin id illi iureiurando confirmare verebuntur, triplicis Ordalij quæstione reus examinator: id autẽ ad hunc modũ fieri oportebit: Actor viros qui præiurent quinq; adhibeto, ipse sextus esto. Atque vbi primo accusatus in reos referatur, actori duplum dato, domino (si modo is ea se dignum præstiterit) integram pendito proprij capitis æstimationem, atq; ab omni deniq; inposterum scelere nefario abstinendi fideiussores adhibeto. Sin secundo in reos referatur, nulla fiat compensandi potestas, verum ei siue manus, siue pedes, siue vtraq; (si id postularit facinoris indignitas) præciduntor. Atqui si nec ita quidem destiterit, quin ad hæc plura adiunxerit maleficia, tum sanè prout illorum (quorum interfit) feret iudicium, 27.

 aut

seo bæde sy; ⁊ gif hit ðonne git mare wyrc geworht hæbbe. ðonne do man ut his eagan. ⁊ ceorfā of his nase. ⁊ earan, ⁊ ufeweran lippe. oþþe hine hettiā. swa hwylce ðissa swa man wyle. oþþe ðōne geræde. þa he ðær to ræden sceolan. swa man mæg styrā. ⁊ eac ðare sawle gebeorgan; Gif he þōne ut leape. ⁊ ꝥ ordal forbugan. gylde se borh þam teōde his ceapgylde. ⁊ þam cyninge his were. oþþe ðam ðe his wites wurþ sy; ⁊ gif man þōne hlaforde teo. ꝥ he be his ræde utleope. ⁊ ær unrihtes worhte. nime him fif getriwe men to. ⁊ be him sylf sixta. ⁊ ladige hine ðæs; Gif se lade forþ cume. beo he ðæs weres wyrþe; ⁊ gif hit forþ ne cyme. fō se cyning to þā were. ⁊ beo seo ðeof utlah wiþ eal folc;

28. Habbe ælc hlaford his hyrdmen on his agenan borge; ⁊ gif hine man ænige ðinges teo. answerige innan ðā hundrede. þære he on becleopad beo. swa hit riht laga sy; ⁊ gih he betyhled weorþ. ⁊ he ut hleape. gylde se hlaford þæs mannes were þā cyning; ⁊ gif mā þōne hlaford teo. ꝥ he be his ræde uthleape. hladide hine mid fif þegnū. be him sylf sixta; Gif him seo lade berst. gilde ðam cyning his were. ⁊ sy se man utlage;

29. Gif ðeof man æt ðam ordal ful weorþ. mearetge man hine æt þam forman cyrre. ⁊ æt ðam oþrum cyrre ne sy þær nān bot buton ꝥ heafod;

30. Gif hwylce man sy. þe ealū folce ungetrywe sy.

fare

aut ei effodiuntor oculi, præcidatur nasus, amputantor auriculæ, Summum abscindatur labrum, aut denique capillus cum pelle vnà detrahitor, vt ita tandem castigentur improbi, animorum tamen vti prospiciatur saluti. Sin is fuga elapsus, Ordalij quæstionem declinarit, integrum actori rei precium, ac regi (siue alteri qui ea se dignum præstiterit cuiquam) capitis æstimationem, fideiussores danto. Verum enim vero si domino crimini detur, eo autore & consiliario post admissum maleficium aufugisse famulum, adiunctis sibi viris fidelibus quinq; omnem criminis suspicionem diluito: id quod si fecerit, ipsa capitis æstimatione se dignum præstitit, si non fecerit, capitis æstimationem rex habeto, fur vero omni legis patrocinio exclusus ab omnibus habendus est.

Herus omnis propriæ ipsius familiæ sistendæ fideiussor esto, et si famulorum quis in crimen vocetur, qua alter litem intenderit centuria, in eadem is (vt quidem par est) liti se offerat. Atqui si eorum aliquis criminis postulatus sese in fugam coniecerit, capitis eius æstimationem herus regi numerato. Quin si hero crimini detur, eo autore & cōsultore fugam agitasse famulum, ascitis sibi ingenuis quinq; crimen eluito: Hic crimen si non purgarit, capitis æstimationem regi quidem dependito, famulus omni legis commoditate priuator. 28. Ethelred. i e

Seruus si ipsa Ordalij sententia in reos referatur, primo inustus compungitor, atq; si secundo Ordalij quæstione examinatus culpæ reus fiat, alia quam capitis pœna non esto. 29. Stigmatici.

Si cuius apud omnem populum labefactata est fides, eius sistendi quotiescunq; in crimen vocetur, va- 30.

fare ðæs cyninges gerefa to. ⁊ gebringan hine under borg. ꝥ hine man to rihte lǽde ðam ðe him onsprǽcon, Gif he þonne borh næbbe. slea hine mā. ⁊ on fulan lecge; ⁊ gif hine hwa fora forstande. beo hig begen anes rihtes wyrþe; ⁊ se ðe ðis forsitte. ⁊ hit geforþian nylle. swa ure ealra cwiþe is, sylle ðam cyning cxx. scill.

31. And stand betwux burgum ane lagu æt ladunge;

32. Gif freondleas man. oþþe feorran cuman swa geswenced weorþe ðurh freondleaste. ꝥ he borh næbbe æt frum tihtlan. þonne gebuga he hengcé. ⁊ þær abide. oþ ꝥ he gâ to godes ordale. ⁊ gefare ðær ꝥ he mæg; witodlic se ðe freondleasan ⁊ feorrā cumenan wyrsan dôm demeþ ðone his geferan. he deraþ him sylfum;

33. Gif hwa mæne aþ on haligdome swerige. ꝥ he oferstæled geweorþe. ðolige ðæra handa. oþþe healfes weres; ⁊ sy gemæne hlaforde ⁊ biscope. ⁊ ne beo he þanon forþ aþes wyrþe. buton he for gode ðe deoporo gebete; ⁊ him borh finde ꝥ he æfre æft swilces geswice;

34. ⁊ gif hwa on leasre gewitnesse openlice stande. ⁊ he oferstæled weorþe. ne stande his gewitnesse syþþan for naht. ac gylde ðam cyninge. oþþe landrican be healsfange;

35. Nis on nanre timan unriht aléfed. ⁊ ðeah man sceal freols tidan. ⁊ on freols stowan geornlicost beorgā;

des præpositus regius exigito: quos si non dederit, loco profano, & a religione remoto tumulandus interficitor: atq; si quis pro eo propugnarit, noxiæ pœnæ par esto: Iussum vero ac placitum hoc nostrum si præpositorum aliquis per incuriam omiserit, aut exequi aspernabitur, ex nostra omnium sententia regi centum & viginti solidos dependito.

Criminis purgandi modus in omnibus municipijs vnus, idemq; esto.

Siue quis amicis orbatus, siue aduena & peregrinus, tam fuerit ab amicis inops, vt non habeat qui eum fide sustentent sua, is (cum primo fuerit in crimen vocatus) custodijs (Ordalij quæstione tandem examinandus) asseruator. Atq; de eo fiat, prout diuinum feret iudicium. Non dubium est id quidem, quin qui amicis orbato, aut peregrino, non perinde æquum se præbuerit atq; socio iudicem, se ipse lædat.

Si quis sacra tenens peierasse conuictus fuerit, ei manus præciditor, ni dimidiatam sui capitis æstimationem domino atq; episcopo dependerit: Neque vero deinceps qui iuret dignus putandus est, nisi quidem deo cumulate satisfecerit, atq; ab eiusmodi inposterum nefario scelere abstinendi fideiussores admouerit. 33.

Si quis falsum palàm dixisse testimonium coarguatur, quod is ad posterum pro testimonio dixerit, nullo est loco habendum, verum regi aut fundi domino eam quæ est loco colli obstricti mulctam dependito. 34.

Quanquam nec vllo quidem tempore danda est iniustitiæ venia, diebus tamen festis, atq; a locis deo consecratis maxime est prohibenda procul iniquitas. Sed quò quisq; est opibus affluentior, ampliorìq; dignita- 35.

beorgan; ⁊ â swa man biþ mihtigra. oþþe maran ha-
des. swa sceal he deopor for gode ⁊ for woruld un-
riht gebetá; ⁊ godcunde bote sece man symle ge-
orne be boc tale. ⁊ for woruld cunde bote sece man
36. be woruld lage;
Gif hwa weofod ðegn afylle. sy he utlah wiþ god.
⁊ wiþ men. buton he þurh wræcsiþ ðe deopor gebete.
⁊ eac wiþ þa mægþ; oþþe geladige hine mid werelade.
⁊ binnan þritigum nihtan aginne bote ægþer ge wiþ
37. god. ge wiþ men. be eallum ðam ðe he age;
Gif man hadodne man. oþþe ælþeodigne ðurh æ-
nig ðinge forræde. æt feo. oþþe æt feore. ðonne
sceal him cyning beon for mæg. ⁊ for mundbo-
ran. buton he elles oþerne habbe; ⁊ bete man ðam
cyning swa hit gebyrige. oþþe he þa dæda wrece swi-
þe deope; Cristenú cyning gebyraþ swiþe rihte þ
he godes æbyld wrece swiþe deope. be þá seo dæda sy;
38. Gif weofod ðegen manslaga wyrþe. oþþe elles to
swiþe mân weorc gewyrce. ðonne ðolige he ægþer
gehad: s. ge eþeles. ⁊ wræcnige swa wide swa se papa him
scrife; ⁊ ðæt bete georne; ⁊ gif he ladian wille. la-
dige hine mid ðryfealdan; ⁊ buton he binnan þrit-
tigum nihton bote anginne wiþ god ⁊ wiþ meñ. þó-
ne sy he utlah;
Gif hwa gehadodne man binde. oþþe beate. oþþe swi-
39. þe gebysmrige. bete wiþ hine swa swa hit rihte sy.
⁊ biscope weofodbote be ðæs hades mæþe. ⁊ þæm hla-
forde oþþe cyning be fullan mundbrice. oþþe geladi-
ge hine sylfne mid fullan lade; Gif

tis gradu locatus, eò debebit cumulatius deo & hominibus data dissoluere, ac compensare damna. Deo autem quomodo erit compensandum, ex scriptis precepta petamus, hominibus vti fiat satis, ipsa quidem iura tradunt humana.

Si quis eorum qui Aræ deseruierint alicui mortem obtulerit, omni cum diuini tum humani iuris patrocinio excludatur: nisi quidem cum exilio cumulatè id sceleris compensarit, atq; cæsi etiam cognatis satisfecerit, aut saltem (vnà cum hominibus qui iurent idoneis) omnem criminis suspicionem diluerit. Hanc vero quæ deo & hominibus debetur compensationem intra ter denos (idq; cum fortunarum suarum omnium discrimine) dies aggreditor. 36.

Si quis Sacris initiatus, incolaue in ijs quæ ad fortunas, vitamue eius spectarint decipiatur, tum ei rex (ni is aliunde habuerit) loco patroni, & cognatorum esto. Fraudator vero regi (prout ipsa feret facti ratio) satisfacito, aut graues Sceleris admissi pœnas rex ipse repetito: Christiana siquidem fide imbuti regis est, deo illatas grauiter (pro facti ratione) vlcisci iniurias. 37. prerogative.

Si eorum qui Aræ deseruierint aliquis hominem occiderit, aut insigne aliquod perpetrarit flagitium, gradu & honore dispoliatus, perinde atq; ei papa circumscripserit habitandi locum exulato, ac cumulaté compensato. Sin is crimen fuerit inficiatus, excusatio tripla esto. Atq; ni hanc quæ deo & hominibus debetur compensationem intra ter denos aggrediatur dies, ab omni legis cōmoditate destitutus habetor. 38.

Si quis alium sacris initiatum vinculis constrinxerit, verberibus, ignominia, dedecoreue affecerit, datum (prout æquum fuerit) damnum resarcito, episcopo (pro dignitate ordinis) Aræ expiandæ nomine mulctā præstato, regi denique, siue domino graues dignitatis lesæ pœnas dependito, aut saltem integra perfectaq; excusatione allata crimen diluito. 39.

40. Gif gehadod man hine forwyrce mid deaþ scyl-de. gewylde man hine. ⁊ healde to biscopes dome be ðam seo dæde sy;

41. Gif deaþscyldig man scrift spræce geornne. ne wyrne man him æfre; ⁊ gif him hwa wyrne. bete þ wiþ cyninge mid hund twentigum scyll. oþþe gela-dige hine. nime fif men. ⁊ beo he sylf syxta;

42. Gif man wealdan mæge. ne dyde man næfre on sunnan dæges freolse ænigne forwyrhtne man. buton he fleo. oþþe feohte; Ac wylde man hine. ⁊ he-alde. þ se freols dæg agân sy;

Gif freo man freolsdæg wyrce. ðonne gebete þ mid his halsfange. ⁊ huru wiþ god bete hit georn-ne. swa swa him man tæce; þeowmā gif he weorce. þo-lige his hyde. oþþe hydgyldes. be ðam seo dæd sy;
Gif hlaford his þeowan freolsdæg nyde to weorce. ðolige ðæs ðeowman. ⁊ beo he syþþan folcfryg. ⁊ gild lahslite se hlaford mid denum. wite mid englū. be ðam ðe seo dæde sy. oþþe geladige;

43. Gif frig man riht fæsten abrece. gilde lahslite mid denum. wite mid englum. be ðæm seo dæde sy; yfel biþ þ mā fæstē tide ær mæle ete. ⁊ gȳt wyr-se þ mā mid flæscmete hine sylfne afyle; Gif hit ðeowmā gedô. þolige his hyde be þā þe seo dæde sy;

44. Gif hwa openlic lenctē bryce ðurh feohtlac ge-wyrce. oþþe ðurh wiflac. oþþe ðurh reaflac. oþþe þurh ænig healice misdæde. sy þ twybete. swa eac on heah

Si quis sacris inauguratus, rei capitalis obnoxius extiterit, comprehenditor, atq; vt tandem episcopo criminis admissi pœnas dependat, asseruator. 40.

Si quis rei capitalis damnatus sua ingenuè sacerdoti peccata confiteri cupiuerit, id ei conceditor. Si quis autem denegarit, numerato regi centum viginti solidos, aut saltem adiunctis sibi viris quinq; se culpa liberato. 41.

Nemo (quoad eius fieri poterit) cuiuscunq; sceleris admissi damnatus, (nisi quidem sese in fugam dederit, aut repugnarit) die dominico morti obijcitor, quin comprehensus vsque dum dies ille festus transierit, tenetor. Liber si die quocunq; festo operis quicquam patrarit, ea quæ est loco colli obstricti mulcta compẽsato: deo autem (prout ei fuerit imperatum) facito satis. Seruus si opus fecerit, vapulato: aut pro facti ratione virgarum metum precio redimito. Herus si seruo inuito opus addixerit die quocunq; festo, seruo multator suo, seruus deinceps liber esto. Herus præterea si in dacis fuerit, violatæ legis pœnam dependito: Anglus (pro facti ratione) aut mulcta afficitor, aut crimen purgato. 42. † 43.

Liberæ conditionis Dacus si indictum cibo sumpto dissoluerit ieiunium, violati iuris pœnas dato: Anglus pro ratione facinoris mulctator. Malum id quidem est, ante prandiũ ieiunij instituti tempore quicquã cibi sumere, peius tamen comesa carne se ipsum fœdare. Seruorũ aliquis si id fecerit, verberibus (vt res flagitarit) afficitor. 43.

Siue quis dimicatione, matrimonio, rapina, siue alio quocunq; patrato facinore flagitioso, celebrãdum quadragesimæ violarit ieiunium, compensatio in duplum augetor. Idem iuris esto pro ratione facti, si horum aliquod festo celebri quocunq; fuerit factitatum. Sin 44.

heah freolse. be þam ðe seo dæde sy; ⁊ gif man æt-
sace. ladige hine mid ðryfealdre lade;

45. Gif hƿa mid ƿige godcundra gerihta forƿyrne. gilde lahslite mid denum. fulƿite mid englum; oþþe geladige hine. nime endlifan be sylf tƿelftan; Gif he man geƿundige. gebete ꝥ. ⁊ gilde fulƿite þam hlaforde. ⁊ æt biscope ða handa alysa. oþþe hig alæte; Gif he man afylle. beo he utlah. ⁊ his hente mid hearme ælc ðara ðe riht ƿille; Gif he geƿyrce ꝥ man hine afylle ðurh ꝥ ðe he ongean riht gean byrde. gif man ꝥ gesoþige. licge agilde;

46. Gif hƿa hadbryce geƿeorce. gebete ꝥ be ðæs hades mæþe. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be lahslite. sƿa be ealre are;

47. Gif hƿa æƿbryce geƿyrce, gebete ꝥ be ðam þe seo dæde sy; yfel æƿbryce ꝥ æƿfæst man ƿiþ ænige hine forlicge. ⁊ mycele ƿyrse ƿiþ oþres æƿe. oþþe ƿiþ gehadod;

48. Gif hƿa sybleger geƿyrce. gebete ꝥ be sibbemæðe. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be eolra ehte; Ne biþ na gelice. ꝥ man sƿustor gehæme. ⁊ hit ƿære feor sibbe;

49. Gif hƿa ƿudeƿan nyde næme. gebete ꝥ be ƿere;
Gif hƿa mæden nyd næme. gebete ꝥ be ƿere;

50. Gif be cƿycum ceorle ƿif hig be oþrum ƿere forligce. ⁊ hit open ƿeorþ. geƿearþ heo to ƿeruld scame syþþan hire sylfre. ⁊ hæbbe se rihte

ƿere

quis crimen purgare voluerit, purgatio tripla est afferenda.

Dacus si cuiquam iura atq; debitiones diuinas petenti, vi illata restiterit, ac repugnarit, legis violatæ pœnam dependito: Anglus graui afficitor mulcta, nisi quidem adiunctis sibi viris vndenis omni se culpa exoluerit, Sin cuiquam vulnus impresserit, compensato, grauem domino mulctam dependito, illi deniq; manus (ni eas ab episcopo redemerit) præciduntor. Quin si cuiquam mortem obtulerit, omni tum iuris comoditate priuator, eumq; omnes iustitiæ cultores clamore insequūtor. Atqui si eum iuri repugnantem, sua culpa morte occubuisse liquidò confirmetur, Impune esto, neq; vero propterea quicquam penditor. 45.

Si quis sacrum ordinē, atq; viuendi formulam commutarit, pro ipsa ordinis dignitate, siue capitis æstimatione, mulcta, legis violatæ pœna, siue rebus suis omnibus compensato. 46.

Si quis iura violarit coniugalia, prout magis minusue peccarit, castigetur. Iniquum id quidem est, vt quis nuptijs aligatus, puellam vitiet aliquam, multo tamen iniquius cum vxore aliena rem habere, sacrisue inauguratam constuprare. 47.

Si quis stuprum incestum commiserit, siue capitis æstimatione, siue mulcta, siue rerum suarum omnium amissione (pro ipsa familiæ amplitudine) compensato. Neq; vero vna eademq; habenda est germanæ sororis, atq; remotioris cognatæ stupratæ ratio. 48.

Qui viduam per vim stuprarit, proprij capitis æstimatione compensato: nec mitiori conditione sit qui virgini vim intulerit. 49.

Vxor si marito superstite cum alio quocunq; corpus miscuisse conuincatur, dedecus atq; insignem omni in posterum ætate infamiam subito, maritus res eius omnes habeto, mulieri vero tum nasus, tum auriculæ 50.

were eall þ hy to ahte. ⁊ heo ðolige ægþer genosu
ge þa earan; ⁊ gif hit tihtle sy. ⁊ lad forberst. bis-
cop ðone wealde. ⁊ stiþlice deme;

51. Gif wiffæst wer hine forlicge be his agenre wyl-
ne. ðolige ðære. ⁊ bete for hine sylfne wiþ god. ⁊
wiþ men; ⁊ se ðe hæbbe riht wif. ⁊ eac cefese. ne do
him nân preost nân ðara gerihta. ðe man criste-
nū men dôn sceall. ær he geswice. ⁊ swa deope gebete.
swa biscop him tæce. ⁊ æfre swilces geswice;

52. Ælþeodige men gif hig heora hæmed rihtā nil-
laþ. of land mid heora æhtum. ⁊ synnan gewitan;

53. Gif open morþ weorþ þ man sy amyrdrede. a-
gife man ðara magū; ⁊ gif hit tihtle sy. ⁊ æt la-
de mistide. deme se biscop;

54. Gif hwa emb cyninge oþþe hlaforde syrwe. sy he
his feores scyldig. ⁊ ealles ðæs ðe he age. buton he
gâ to ðryfealdan ordale;

55. Gif hwa cyninges borh abrece. gebete þ mid fif
pundum; Gif hwa arcebiscopes borh oþþe *æþelinges
abrece, gebete þ mid ðrym pundum; Gif hwa leod-
biscopes. oþþe ealdormannes borh abrece, gebete
þ mid twam pundum;

*æþeling sonat etiā regni hæredem.

56. Gif hwa on cyninges hirede feohte. ðolige ðæs
lifes. buton him se cyning gearian wille;

57. Gif man æt unlagum man bewæpnige. forgilde
hine be healf wange; ⁊ gif hine mā gebinde. forgilde
be healfan wære;

Gif

præciduntor. Sin pellicatus postuletur tantummodo, atq; in excusatione afferenda ceciderit, tum quidem eius rei potestas episcopo deferatur, atq; is litem æstimato seuerissimè.

Si quis nuptijs alligatus, cum sua ipsius ancilla concubuerit, ancilla multatus, deo & hominibus facito satis. Si quis vxorē legitimo nuptiarū fœdere cōiunctā simul & cōcubinā habuerit, ei sacerdotū nullus christiani hominis iura concedito, nisi quidem illā prius repudiarit, cumulate (perinde atque ei fuerit ab episcopo imperatum) compensarit, atq; ab eiusmodi ad posterum temperarit. 51.

Alienigenæ illicitas carnis libidines si non cohibuerint, vnà cum flagitijs & fortunis suis omnibus regno exterminantor. 52.

Si quis alium præmeditatus trucidarit palàm, perempti cognatorum in potestatem dator: Sin cædis insimuletur tantummodo, atq; in excusatione afferenda ceciderit, episcopum penès esto eius rei iudicium. 53. murdre.

Si quis saluti regis, aut domini sui insidias tetenderit, vita & rebus suis omnibus plectitor, nisi quidem triplicis Ordalij quæstione crimen diluerit. 54. Treason.

Si quis fideiussionem regi oblatam violarit, compensato libris quinq;: Qui Archiepiscopo, aut Satrapæ fidem datam fefellerit, tribus pensato libris: Qui deniq; episcopo, aut Senatori oblatam violarit fideiussionem, duabus libris compensato. 55.

Si quis in regia dimicarit, capitale esto, nisi quidem Rex hoc illi crimen condonarit. 56. veics Lestatut

Si quis alium iniusté armis Spoliarit, eam quæ est loco colli obstricti mulctam dependito: eum vinclis si constrinxerit, dimidiatam capitis eius æstimationem persoluito. 57.

58. Gif hƿa on fyrde griðbrece fulƿyrce. ðolige lifes. oþþe ƿeregyldes; Gif he ƿan ƿyrce. bete be ðam ðe seo dæde sy;

59. Gif hƿa hamsocne geƿyrce. gebete mid fif pundū ðam cyning on englalaga. ⁊ on denalage sƿa hit ær stode. ⁊ gif hine mā ðær alecge. licge agylde;

60. Gif hƿa reaflac geƿyrce. agife ⁊ forgilde. ⁊ beo his ƿeres scyldig ƿið ðone cyninge;

61. Hus brec ⁊ bærnet. ⁊ open þyfþ. ⁊ æbere morþ. ⁊ hlafordsƿice. æfter ƿeoruld laga is botleas;

62. Gif hƿa burhbote. oþþe bricgbote. oþþe fyrdfare forsitte. gebete mid hundtƿelftigum scyll. ðam cyning on englalaga; ⁊ on denalage sƿa hit ær stôd. oþþe geladige hine. ⁊ namige him man xiiii ⁊ begite. xi.

63. to cyric bote sceal eall folc fylstā mid rihte;

64. Gif hƿa godes fliman hæbbe on unrihte. agife hine to rihte. ⁊ forgilde ðam ðe hit gebyrige. ⁊ gilde ðam cyning hine be ƿeregilde;

Gif hƿa amansodne. oþþe utlahne hæbbe. ⁊ healde. plihte him sylfum ⁊ ealre his are;

65. ⁊ gif hƿa ƿille georne fram unrihte gecyrran eft to rihte. miltsige man for godes ege. sƿa man best mæge ðam sƿiþe georne;

66. ⁊ uton dôn sƿa us ðearf is. helpan ââ ðam raðost ðe helpes best behofaþ; ðonne lese ƿe ðær lean ðær us leafast byþ; For ðam â man sceal ðā

unstrangan-

Si quis in profectione militari pacem violarit, vita, aut ipsa vitæ æstimatione mulctator: Si quid rapuerit, pro facti ratione compensato. 58.

Si quis alterius in domum inuaserit, pendito quidē regi iure Anglorū libras quinq;: In Dacis si fuerit, esto pro eorū cōsuetudine cōpēsatio. Sin is vim faciens iusta morte ceciderit, nihil quicquam eo pendatur nomine. 59.

Si quis alteri quicquam detraxerit, rem, iustūq; rei preciū reddito, regi vero capitis æstimationē depēdito. 60.

Sane quidem tectorum excisiones & incendia, apertæ compilationes, cædes manifestæ, dominorumq; proditiones, scelera sunt iure humano inexpiabilia. 61.

Qui pensionem ad oppida, pontesue reficiendos denegarit, militiamue subterfugerit, dato is regi (Anglus si fuerit) centum viginti solidos: In Dacis vero pro eorum consuetudine compensato, aut ei nominantor viri quatuordecem, atq; ex illis vndecem quorum sētentijs se purget, seligito. 62.

Ad fanum reficiendum opem ferre omnes quidem iure debebunt. 63.

Si quis a iure & legibus diuinis fugitiuū aliquē custodierit iniuste, in lucem eum (vt iuri se legitimo subijciat) proferto, ei porro cuius intererit cōpensato, ac regi deniq; capitis eius æstimationē dependito. Sin quis aliū iuris diuini aut humani patrocinio exclusū custodierit ac tuebitur, in extremū se & res suas omnes discrimen adduxerit. 64.

Porro autem si quis fuerit, qui vitijs omnibus reiectis et repudiatis, denuò virtutē iustitiamq; studio persequi voluerit, ei (quoàd eius fieri poterit) clementia, & misericordia pro timore dei tribuitor. 65.

Nos vero (vt quidem par est) vt quisq; maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulemur. Ita enim (quo in loco maxime auemus) in eodem premio tandem afficiemur. Semper namq; in iudicio, (pro nostro in deum 66.

unstrangum mē for godes lufe.⁊ his ege liþelicor deman.⁊ scrifan ðam strangan. for ðam ðe ne mæg we witan full georne se unmaga ðam magā gelice.⁊ ðy we scylon medmian, ⁊ gescadelice to dælan. ylde ⁊ geogoþe. welan ⁊ wædle, freot ⁊ ðeowæt. hæle ⁊ unhæle; ⁊ ægþer man sceal ge on godcundan scriftan. ge on worulcundan doman. ðæs ðinge to sceadan; Eac on manige dæde ðonne man biþ nydwyrhta. ðonne biþ se man gebeorges ðe bet wyrðe. ðe he for neode dyde ꝥ ꝥ he dyde; ⁊ gif hwa ungewealdes gedeþ. ne biþ ꝥ eallum na gelice. ðe hit gewealdes gedeþ;

67. Ðis is ðonne lihtinge. ðe wille eallon folce gebeorgan. ðe hig ær ðysson mid gedreht wæron ealles to swiþe; ꝥ is ðonne ærost. ꝥ ic bebeode eallum minum gerefan. ꝥ hig on minā agenā rihtlic tilian.⁊ me mid ðam feormian; ⁊ ꝥ him nan mā ne þearf to feorme fultume nān ðinge syllan. buton he sylf wylle; ⁊ gif hwa æfter wite crafige. be his weres scyldig wiþ ðonne cyninge;

63. ⁊ gif hwa cwydeleas of ðissum life gewite. sy hyt ðurh his gymeleaste.sy hit ðurh fearlicne deaþ. ðone ne teo se hlaforde nā mare on his æhte. butan his rihte heregeate; Ac beo be his dihte seo æhte gescyft swiþe rihte. wife. ⁊ cildan.⁊ neh magon.ælcū be þæs mæþe ðe him to gebyrige;

69. And beon ða heregeate swa hit mæþlic sy; eor-

les

amore & sollicitudine) cum inope mitius, cum potente seuerè agamus. Quandoquidem igitur dissimiles esse impotentium, atque potentiorum vires compertum habemus, nos tum in diuinis mulctis irrogandis, tum humano iure reddendo, a iuuentute senectutem, a copia inopiam, a libertate seruitutem, atque ab infirmitate corporis, confirmatam valetudinem diiudicare, & distinguere oportebit. Sæpenumero autem peccant homines necessitate coacti, cum his etiam mitius erit agendum, quippe quibus faciundi fuerit imposita necessitas. Neque vero eius rei quam quis inuitus, ac voluntarius fecerit, vna eademq; habenda erit ratio.

Omnibus hanc porro impartimus alleuationem, vt quo prius opprimebatur onere populū liberemus. In primis præfectis meis omnibus mando, vt ex prædijs meis proprijs quæ mihi fuerint ad victum necessaria suppeditent, neque alius quisquam victui nostro adiumenta præstare inuitus cogatur. Atque si eorum aliquis hoc nomine mulctam petierit, is proprij capitis æstimationem regi dependito. 67.

Siue quis incuria, siue morte repentina fuerit, intestatò mortuus, dominus tamen nullam rerum suarum partem (præter eam quæ iure debetur Herioti nomine) sibi assumito. Verū eas iudicio suo vxori, liberis, & cognatione proximis, iuste (pro suo cuiq; iure) distribuito. 68.

Hereotum vero cuiusq; sit dignitati consentaneum, Satrapæ, (vt quidem par fuerit) equi octo, quorū quatuor 69.

les sƿa ðær to gebẏrige. þ sindon. eahta hors. feoƿer gesadolode. and feoƿer ungesadolode. and feoƿer helmas. ⁊ iiii. bẏrnan. ⁊ ehta spera. ⁊ eal sƿa fela scẏlda. ⁊ feoƿer sƿurd. ⁊ tƿa hund mancus goldes; And sẏþþan cẏninges ðegenes heregeata þe him nihste sindon. iiii. hors. tƿa gesadolode. ⁊ tƿa ungesadolode. ⁊ tƿa sƿurd. ⁊ iiii. spera. ⁊ sƿa feala scẏlda. ⁊ helm. ⁊ bẏrnan. ⁊ fiftig mancos goldes; And medmera ðegna. hors. ⁊ his gereðan. ⁊ his ƿæpen. oþþe halsfange on ƿestsexan; ⁊ on mẏrcan tƿa pund. ⁊ on east engla tƿa pund; ⁊ cẏninges ðegnes heregeata inne mid denum ðe his socne hæbbe. iiii. pund; ⁊ gif he to ðā cẏninge forþor cẏþþe hæbbe. tƿa hors. ân gesadelode. ⁊ oþer ungesadolode. ⁊ i. sƿurd. ⁊ tƿa spera. ⁊ tƿa scẏldas. ⁊ fiftig mancos goldes; ⁊ se ðe læsse hæbbe ⁊ læsse mage. sẏ ii. pūd;

70. And ðær se bonda sæt uncƿẏd. ⁊ unbecrafod. sitte þ ƿif. ⁊ ða cild on ðam ẏlcan unbesacen; And gif se bonda ær he dead ƿære. beclẏped ƿære. ðonn andƿindan ða ẏrfenamen. sƿa he sẏlf sceolde. ðeah he lif hæfde;

71. And sitte ælc ƿuduƿe ƿerleas tƿelfmonaþ; ceose siþþan þ heo sẏlf ƿille; ⁊ gif heo binnan geares fæce ƿere geceose. ðone ðolige hio ƿare morgan gẏfe. ⁊ ealra ðara ehta ðe heo ðurh ærran ƿer hæfde; ⁊ fare ƿa nihstan freond to ðam lande. ⁊ to ðam ehtan, ðe heo ær hæfde; ⁊ sẏ he his ƿeres scẏldig ƿiþ

ðonne

tuor sint ephippiati, quatuor nudati ephippijs, Galeæ quatuor, loricæ totidem, hastæ bis quaternæ, Scutorumque par numerus, quatuor enses, aurique mancusæ ducenæ. Thani regij qui loco fuerit primario, sint hereotum quatuor equi, ephippiati duo, totidem ephippijs vacui, gladij bini, hastæ quatuor, Scutorumq; par numerus, galea vna, lorica vna, aurique mancusæ quinquagenæ: Inferioris Thani, equus vnà cum ornamẽtis, & telum, aut in occiduis Saxonibus ea quæ est loco colli obstricti pensio, in Mercijs & Orientalibus anglis, libræ duæ. In Dacis, Thani regij (qui liberam habuerit iurisdictionem) sint hereotum libræ quatuor, Atq; si is regi fuerit familiarior, sint hereotũ equi bini, vnus ephippiatus, nudus alter, gladius, hastæ binæ, totidem Scuta, atque auri mancusæ quinquagenæ. Infimæ denique conditionis Thani, sint hereotum libræ duæ.

Porro autem quam maritus sine litę & controuersia sedem incoluerit, eam coniunx & proles sine controuersia possidento. Sin quæ in illum lis fuerit illata viuẽtem, eam hæredes ad se (perinde atque is viuus) accipiunto. 70.

Mulieres viduæ bis senos mẽses viduos exigũto, atq; tũ demũ cui velint nubant. Sin quæ ante annũ nupserit, dote mulctata fortunis omnibus a priore marito relictis priuator: eaq; omnia cognatione proximus habeto. Maritus proprij capitis æstimationem regi (siue cui rex cunque dederit alteri) dependito. Ea denique etsi vi quidem rapta, (ni a marito non vnquam reditura discesserit) rebus suis omnibus mulctator. Mulieres au- 71.

ðone cyning oþþe ƿiþ ðone ðe he hit genimã hæb-
be; ⁊ ðeah heo nyd numen ƿeorþ. ðolige ðara ehta
buton heo fram ðam ceorle ƿille eft ham ongean. ⁊
næfre eft heo his ne ƿurþe; And ne hadige man næ-
fre ƿudeƿan to hrædlic; And gelæsta ælc ƿuduƿa ða
heregeata binnan tƿelf monþum. buton hire ær to
onhagye ƿiteleas;

72. And ne nyde man naþer ƿif. ne mæden to ðam
ðe hyre sylfre mislicie; ne ƿiþ sceatte ne sylle.
butan he hƿæt agenes ðances gyfan ƿille;

73. And ic ƿille ðeah ðe hƿa his agen sƿere sette to
oþres mannes huses duru. ⁊ he ðider inne ærende
hæbbe. oþþe gif man oþre ƿæpne gedreohlice lecge
þær hig stylle mihtõ beon. gif hig moston. ⁊ hƿilc
man ðon ꝥ ƿæpen gelecce. ⁊ hƿilcne hearme þær mid
geƿyrce. ðon is ꝥ riht. ꝥ se ðe ðone hearm ge-
ƿorhte. ꝥ se ðone hearme eac gebete; And se ðe
ꝥ ƿæpen age. geladige hine gif he durre. ꝥ hit næf-
re næs naþer ne his geƿylle. ne his geƿeald. ne his
ræd. ne his geƿitnes; þone is ꝥ godes riht ꝥ he beo
clene. ⁊ ƿite se oþer þe ꝥ ƿeorce geƿorhte. ꝥ ðe hit
bete sƿa sƿa lage tæce.

74. Gif hƿilce mã forstolen ðinge hâm to his cotã
bringe. ⁊ he ararod ƿurþe. riht is ꝥ he hæbbe ꝥ he
æfter eode; ⁊ butõ hit ũder hæs ƿifes cæglocũ ge-
broht ƿære, sy heo clæne; ac ðære cæge heo sceal
ƿeardian. ꝥ is hire hordern. ⁊ hyre cyste. ⁊ hyre
tyge;

tem viduæ non sunt nimium festinanter sacris initiandæ. Hereotum viduæ (quæ saltem prius dare non poterint) nisi post bis senos menses reddere non coguntor.

Puellam nemo aut fœminam alicui in nuptias inuitam conijcito, neue pretio (nisi quidem alter animo libenti quid dederit) vendito. 72.

Siue quis ædes alterius negotij causa introiturus, hastam pro foribus reliquerit suam, Siue Telum aliud quodcunque in loco reposuerit aliquo ità quidem commodo, vt nihil inde sequeretur mali si loco non mouerentur, atque his alter ad damnum alicui inferendum abutatur, iuri videtur consentaneum, oportere ab eo qui intulit resarciri damnum. Confirmato autem qui est teli dominus, (si quidem id facere non vereatur) id neque volente illo, nec autore, nec consiliario, neque sciente factitatum esse: Atque ita ex iure quidem diuino is culpa videtur liberandus, alter quod dedit detrimenti secundum ius fasq; compensato. 73.

Si quis rem furto surreptam in tectum introduxisse suum conuincatur, æquam ei tribui furti mercedem par est: Coniunx vero (nisi quidem rem illam sera clausam tenuerit) furti non tenetor. Has vero fœmina claues custodire debebit, penarii, cistæ vestiariæ, & Scrinij sui, atque si in hjs rem tenuerit occlusam, ha- 74.

veies Staunford fol. 8

*al. teah. *tyge; Gif hit under ðisse ænigū gebroht byþ. þóne biþ heo scyldig; ⁊ ne mæg nân ƿif hire bondan forbeodan. ꝥ he ne mote into his cotan gelaþian ꝥ ꝥ he ƿille; Hit ƿæs ær þyssā. ꝥ ꝥ cild ðe læg on þæm cradele. ðeah hit næfre metes ne abite. ꝥ ða gytsersas leton efē scyldige. ⁊ hit geƿittig ƿære; Ac ic hit forbeode heonon forþ eornostlice. ⁊ sƿilce manige. ðe gode syndon laþe;

75. And se mā ðe ætflea frā his hlaforde. oþþe frā his geferan. for his yrhþe. sy hit on scypfyrde. sy hit on land fyrde. ðolige ealles ðæs ðe he age. ⁊ his agenes feores; ⁊ fô se hlaford to ðam ehtan ⁊ to his land ðe he him ær sealde; ⁊ gif he bocland hæbbe. ga ꝥ ðam cyninge to hāde; ⁊ se man ðe æt ðam fyrdung to foran his hl[a]ford fealle. sy hit innan lande. sy hit of lande. beon ða heregeata forgyfene; ⁊ fon ða yrfenuman to lande. ⁊ to ehtā. ⁊ scyftan hit sƿiþe rihte;

76. And se ðe land geƿered hæbbe be scyre geƿitnesse. habbe he unbesacen on dæge. ⁊ æfter dæge to syllene ðam ðe him leofast sy;

77. And ic ƿille ꝥ ælc man sy his huntnoþes ƿyrþe. on ƿuda. ⁊ on felda on his agenan; ⁊ forga ælc man minne huntaþ. lôc hƿær ic hit gefriþod habben ƿille. be fullan ƿite;

78. And ðriticelean. ⁊ hlafordes riht gyfu. stande æfre unaƿend;

And

betor furti conscia. Non poterit autem prohibere fœmina, quin coniunx quid velit in domum introferat suam. Mos erat hiante hominum auaritia, paruulum in cunabulis (qui nondum cibum gustarat) dormientem, huic facinori perinde putare conscium, atque si is recta saperet. Id Ego, aliaq; nonnulla deo molesta & odiosa, planissime veto.

Siue quis in terrestri, siue nauali pugna dominum 75.
aut commilitonem suum per ignauiam & pigritiam deseruerit, vita & rebus suis omnibus mulctator, eiusque res omnes, & quem illi prius dederat fundum, dominus recipito. Sin quæ ex scripto predia possederit, ea regi sunto. Verum enim vero si quis in excercitu, siue in regno, siue extra quidem pugnans, coram domino mortem oppetierit, ipsum condonator ac remittitor hereotum: atque in bona prædiaque paterna hæredes eius succedunto, eaque secundum ius fasque diuidunto.

Qui terram in celebri illo ex omni Satrapia con- 76.
uentu defenderit, atq; ab omni lite tutam præstiterit, eam & ipse quoad vixerit sine omni controuersia teneto, & cui hominum voluerit tranquille post fata possidendam concedito.

Præterea autem concedo, vt in proprijs ipsius præ- 77.
dijs quisq;, tam in agris quam in Syluis excitet agitetq; feras: meas autem ne venetur (ijs præsertim in locis quos priuilegio circumscripsi meo) cum pœna præcipio.

Dona potionis honoraria, aliaq; debita dominis 78.
officia, in suo semper statu immutata manento.

79. And ic wille þ ælc mā sy griþes wyrþ. to gemo-
te. ⁊ fram gemote. buton he æbere ðeof sy;

80. And se ðe þas lage wyrde. ðe se cyning hæfþ
nu eallum mannum forgifen. sy he denisc. sy
he englisc. beo he his were scyldig wiþ ðonne
cyninge; ⁊ gif he hit eft wyrde. gylde twa his
were; ⁊ gif he ðonne swa dyrstig sy. þ he
þridde syþe wyrde. þolige ealles þæs þe he age;


Nu bidde ic georne. ⁊ on godes naman beode
manna gehwylcne. þ he inweardlice heortan
buge to his drihtne. ⁊ oft ⁊ gelome smea-
ge swiþe georne hwæt him sy to donne, ⁊ hwæt to
forgāne; Eallū us is michel þearf. þ we god lufian.
⁊ godes laga fylgean, ⁊ godcundan larewan georn-
lice hyran; for hy us sceolon lædan forþ. æt þam
dome ðōne god demeþ manna gehwylcum be ærran
geworhton; And gesælig biþ ða hyrde. ðe ðonne
ða heorde into godes rice. ⁊ to heofoliscre myrþe
bliþe mot lædan for his ærran geworhtan; And
wel ðære heorde ðe gefolgaþ ðam hyrde. ðe hig
deoflum ætwreneþ. ⁊ god hyt gestreyneþ; uton þone
ealle anmodlice heortan georne urū drihtne cweman
mid rihte. ⁊ heonanforþ symle scyldan us georne
wiþ ðone hatan bryne ðe weallaþ on helle; And ðōn
nu eac lareowas ⁊ godcunde bydelas swa hit riht
is. ⁊ ealra manna ðearfe is. bodian gelome godcunde
ðearfe.

Siue quis ad comitia proficiscatur, siue reuertatur 79. priuiledge
ab eisdem, placidissima pace (nisi quidem furti fuerit manifestus) fruitor.

Si quis iussa placitaque hæc a rege nunc quidem 80.
omnibus proposita violarit, proprij capitis æstimationem (siue is anglus, siue Dacus fuerit) regi dependito: Secundo si quid delictum fuerit, in duplum pœna augetor: Sin tertio id factitare non verebitur, fortunis suis omnibus mulctator.

NVnc deniq; omnes obtestor, ac singulis in Dei immortalis nomine præcipio, vt verè atque ex animo ad diuinum conuertantur numen, quidque faciendum fugiendumue fuerit, summa cum cura & cæremonia perscrutentur. Et quidem saluti nostræ conducit maxime, deum vti amore prosequamur, eius præcepta ac monita vt teneamus, atque vt diuinis doctoribus dicto simus audientes. Hi etenim nos illo producturi sunt in prospectum die, quo dominus venturus est iudicium in omnes secundum ea quæ viui fecerint vt exerceat. Tum demum beatus ille quidem custos, qui creditum ac commissum sibi gregem in diuinũ regnum, cælestiaque superorũ gaudia, propter ea quæ in vita fecerit, deduxerit: Beatus itẽ grex, illum sequutus pastorem, qui eum diabolo è manibus extorserit, deoque lucrifactum commendarit. Porro autem omnes deo placere studeamus concordes, atque omni in posterum ætate torrentes inferorum flammas deuitemus. Diuini iuris interpretes, deique precones (vt quidem sui muneris est, atque omnibus ad salutem conducit maximè) prædicanto sæpe rerum diuinarum commoda: Sagaci autem & bona mente omnes, aures animumque diligentèr attendant, deique monita (ad suam ipsorum vtilitatem) animo habeant insita


ðearfe. ⁊ eal ðe gesceadƿise hlyst him georne. ⁊
godcunde lara gehƿa on geþance healde sƿiþe fæste.
him sylfum to ðearfe; ⁊ manna gehƿilce to ƿyr-
þunge his drihtne dô to gode þæs ðe he mæge. ƿor-
der. ⁊ dæde gleolice æfre; ðonne biþ us eallum go-
des miltsa ðe gearƿera; aâ sẏ godes nama
ecelice gebletsod. ⁊ lôf hẏm. ⁊ ƿuldor. ⁊ ƿẏrþ-
mẏnt sẏmble æfre to ƿoruldе; God
ælmihtig us eallum gemiltsige
sƿa his ƿille sẏ; Amen;



ſemper atq; infixa. Singuli deniq; ad maiorem Dei immortalis domini ſui amplitudinẽ, et gloriã, tum dictis, tum factis, piè gratèq;, quoquo modo poterint, bene faciunto. Ita enim tandem aliquando cumulatè diuinam omnes conſequemur miſerationem. Collaudetur nomen domini in perpetuum, ei laus, honos, & gloria, in omnes ſeculorum ætates.

Deus rerum omnium præpotens, noſtri (prout eius fecerit voluntas) omnium miſereatur. Amen

fuerit.



Ne forte exiſtimes (lector humaniſſime) ex cerebro meo depromptas eſſe, quas Guilielmo regi iam nũc aſcripturus ſum leges, fidemq; abroges, aut facti mei conſiliũ ignores, ego te paucis admonere volui: primũ, me hæc in locom ea non dediſſe, verũ aliena tranſcripſiſſe, librarij nõ auctoris munere functum: Deinde cum duo inter ſe diuerſa harũ legũ circumferãtur exemplaria, alterum perantiquum, alterum non ita ſanè vetus quod tamen plura complectatur, me diligenti facta comparatione vtraq; coniunxiſſe, ita tamen vt quæ maiuſculis depicta ſunt literis, veteris illius exempli ſunt omnia, quæ minoribus vero deſcribuntur caracteribus, ea recentiori ſunt tribuenda. Variam deniq; è regione loci annotaui lectionem, verbaq; nonnulla parum Latina emendaui. Vale.

nonnulla.

Gulielmus regnare { cœpit / desiit } Anno salutis humanæ, { 1067. / 1087. }

Decreta Gulielmi Bastardi, & Emendationes quas posuit in Anglia, *quæ olim vocabatur Brytannia.*



Ic intimatur quid Gulielmus Rex Anglorũ, cum principibus suis constituit post cõquisitionem Angliæ. Inprimis quidẽ super omnia vnum Deum vellet per totum regnum suum venerari, vnamq; fidem Christi semper inuiolatam custodiri, pacem & securitatem *concordiam, iudicium, & iustitiam* inter Anglos & Normannos, *similiter inter francigenas & Brytones Walliæ & cornubiæ, & pictos, & Scotos Albaniæ, similiter francos & insulicolas omnium insularum, & prouinciarum quæ pertinent ad coronam & dignitatẽ, & ad defensionem & ad obseruationem, & ad honorem regis, inter omnes sibi subiectos per vniuersam monarchiàm regni Brytãniæ firmiter & inuiolabiliter modis omnibus* obseruari. *Ita quod nullus alij *forisfaciat in nullo super *forisfacturam nostrã plenam.* Statuimus etiam, vt omnes liberi homines fide & sacramento affirmẽt, quod intra & extra vniuersum regnum *quod olim vocabatur regnum Brytanniæ. Wilhelmo* regi domino suo fideles esse volunt, terras & honores illius omni fidelitate vbiq; seruare, cum eo & contra inimicos & *alienigenas* defendere. Volumus autem & firmiter precipimus, vt omnes homines quos nobiscum adduximus, aut post nos venerunt, sint *sub protectione &* in pace nostra, *per vniuersum regnum prædictum.* Et si quis de illis occisus fuerit, dominus eius habeat intra quinq; dies homicidam eius, si potuerit. sin autem, incipiat persoluere nobis, xlvj. marcas argenti, quamdiu *substantia domini illius perdurauerit, vbi vero substantia domini defecerit, totus *hũdredus in quo occisio facta est

id est. damnum inferat.
i. mulcta
i. bona, res.
i. centuria.

est comuniter soluat quod remanet. Et omnis francigena qui tempore Edwardi propinqui nostri fuit in Anglia, particeps consuetudinum anglorum, quod dicunt ane hloτ. & an Scoτe. persoluatur secundum legem anglorũ. *Volumus & hoc firmiter præcipimus & concedimus, vt omnes liberi homines totius monarchiæ regni nostri prædicti, habeant & teneant terras suas & possessiones suas bene, & in pace, liberas ab omni exactione iniusta, & ab omni tallagio, ita quod nihil ab eis exigatur vel capiatur, nisi seruitium suum liberum, quod de iure nobis facere debent, & facere tenẽtur, & prout statutum est eis, & illis de nobis datum & concessum iure hæreditario inperpetuum per commune consiliũ totius regni nostri prædicti. Statuimus etiam & similiter præcipimus, vt omnes ciuitates & Burgi, & castella, & hundreda, & Wapentachia totius regni nostri prædicti singulis noctibus vigilentur, & custodiantur in girum, pro maleficijs & inimicis, prout vicecomites, & Aldermanni, & præpositi, & balliui, & ministri nostri melius per commune consilium ad vtilitatem regni prouidebunt, Et quod habeant per vniuersum regnum mensuras fidelissimas, & signatas, & pondera fidelissima & signata, sicut boni predecessores statuerunt. Statuimus & firmiter præcipimus, vt omnes comites, & Barones, & milites, & seruientes, & vniuersi liberi homines totius regni nostri prędicti habeãt & teneant se semper bene in armis, & in equis, vt decet & oportet, & quod sint semper prompti, & parati ad seruitium suum integrum nobis explendum, & peragendum cum semper opus adfuerit, secundum quod nobis debent de feodis & tenementis suis de iure facere, & sicut illis statuimus per commune consilium totius regni nostri prædicti, & illis dedimus & concessimus in feodis iure hæreditario. Hoc preceptũ non sit violatum vllo modo super forisfacturam plenam. Statuimus etiam & firmiter præcipimus, vt omnes liberi homines totius regni prædicti sint fratres coniurati ad monarchiam nostram & ad regnum nostrum pro viribus suis, & facultatibus contra inimicos pro posse suo defendendum, & viriliter seruandum, & pacem, & dignitatem nostram & corona nostra integram obseruandam, & ad iudicium rectum & iustitiam constanter modis omnibus pro posse suo sine dolo & sine dilatione faciendam.* Hoc de-

vulgo. Scot & lot.

Tenures, et services.

Escuage.

*al. Claudia i. Glocestria. decretum factum est in Ciuitate *Londra.

i. pecudes. *al. necessaria. Interdicimus etiam vt nulla viua *pecunia vendantur, aut emantur nisi intra ciuitates, & hoc ante tres fideles testes, nec aliqua res *vendita sine fideiussore & waranto. Quod si quis aliter fecerit, soluat, & persoluat, & postea forisfacturam.

Market townes. *Item nullum mercatum vel forum sit, nec fieri permittatur nisi in ciuitatibus regni nostri, & in burgis clausis, & muro vallatis, & castellis, & locis tutissimis, vbi consuetudines regni nostri, & ius nostrum commune & dignitates coronæ nostræ, quæ constituta sunt a bonis prædecessoribus nostris deperire nō possint, nec defraudari, nec violari, sed omnia rite, & per iudicium & iustitiam fieri debent. Et ideo castella, & burgi, & ciuitates sunt & fundatæ & ædificatæ, scilicet, ad tuitionem gentium, & populorum regni, & ad defensionem regni, & idcirco obseruari debent cum omni libertate, & integritate, & ratione.*

Gager de Batten. intellige, candentis. Decretum est etiam ibi, vt si francigena appellauerit Anglum de periurio, aut murdro, furto, aut homicidio, aut Ran, quod dicitur aperta rapina quæ negari nō poterit, Anglus se defendat per quod melius voluerit, aut iudicio *ferri, aut Duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inueniat alium qui pro eo faciat. Si quis eorum victus fuerit, emendet regi, xl. solidos. Si autem Anglus francigenam appellauerit, & probare voluerit iudicio aut Duello, volo tamen francigenam purgare se sacramento non fracto.

Hoc quoq; præcipio, vt omnes habeant & teneant legem Regis Edwardi in omnibus rebus, adauctis his quæ constituimus ad vtilitatem Anglorum.

i. fideiussione. i. conuentus ex omni satrapia. Omnis homo qui voluerit se teneri pro libero, sit in *plegio, vt plegius eum habeat ad iustitiam si quid offēderit, & si quisquam euaserit talium, videant plegij vt soluant quod calumniatum est, & purgent se, quia in euaso nullam fraudem nouerint. Requiratur hūdredus, & *comitatus sicut antecessores statuerunt, & qui iuste venire debent & noluerint, summoneantur semel, & si secundo non venerint, accipiatur bos vnus, & si tertio, alius bos, & si quarto, reddatur de rebus huius hominis

calumniatum est, quod dicitur *ceapgyld, & insuper regi forisfactura. *al. orfgyld. quod idem est.

Et prohibeo vt nullus vendat hominem extra patriã. *Si quis enim velit seruum suum liberum facere, tradat eum vicecomiti per manum dextram in pleno comitatu, & quietum illum clamare debet a iugo seruitutis suæ per manumißionem, & ostendat ei liberas portas, & vias, & tradat illi libera arma, scilicet, lanceam, & gladium, deinde liber homo efficitur.* manumission Interdico etiam ne quis occidatur, vel suspendatur pro aliqua culpa, sed eruantur oculi, & abscindantur testiculi, *vel pedes, vel manus, ita quod truncus viuus remaneat in signum proditionis, & nequitiæ suæ: secundum enim quantitatem delicti debet pœna maleficis infligi.* Et ista precepta & *statuta* non sint violata super forisfacturam nostram plenãm.

(.·.)



Edouardus regnare { cæpit, / desiit, } Anno salutis humanæ { 1042 / 1066

¶ Leges boni Regis Edouardi, quas Gulielmus Bastardus postea confirmauit.

1. *i. nobilium* — Post acquisitionem Angliæ, *præfatus* Rex *Angliæ* Gulielmus quarto anno regni sui, consilio * Baronum suorum fecit summoniri per vniuersos angliæ cõsulatus Anglos nobiles, sapientes, & sua lege eruditos, vt eorum leges, & iura; & consuetudines ab ipsis audiret. Electi igitur de singulis totius patriæ comitatibus viri Duodecem, iureiurando coram rege primum confirmauerunt, vt quoad possent recto tramite *incedentes*, nec ad dextram nec ad sinistram diuertentes, legum suarum & consuetudinum sancita patefacerent, nihil prætermittentes, nil addentes, nil præuaricando mutãtes. A legibus igitur sanctæ matris ecclesiæ sumentes exordium, quoniam per eam Rex & regnum solidum subsistendi habet fundamentum, leges, libertates, & paces ipsius concionati sunt, dicentes;

De clericis & possessionibus eorum.

2. *al. clerus.* — Omnis *Clericus, & etiam scholares, & omnes eorum res & possessiones vbicunq; fuerint, pacem dei & sanctæ Ecclesiæ habeant.

De temporibus, & diebus pacis Regis.

Ab aduentu domini vsq; ad octabis Epiphaniæ pax
3. dei & *sanctæ* ecclesiæ per omne regnum. Similiter a septuagesima vsque ad octabis Paschæ. Item ab ascensione domini vsq; ad octabis Pentecostes. Item omnibus diebus quatuor temporũ. Item omnibus Sabbatis ab hora nona, *& tota die sequenti* vsq; ad diem Lunæ. Item vigilijs sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, sancti Ioannis Baptistæ, apostolorum omnium, & sanctorum quorum solennitates

tates a sacerdotibus dominicis annunciantur diebus, & omnium sanctorum in Kl. Nouemb. semper ab hora nona vigiliarum, & subsequēte solennitate. Item in parochijs in quibus dedicationis dies obseruatur. Item in parochijs ecclesiarum vbi propria festiuitas sancti celebratur. Et si quis deuote ad celebrationem sancti adueniat, pacem habeat eundo, & subsistendo, & redeundo. Item omnibus christianis ad ecclesiam causa orationis euntibus, pax in eundo, & redeundo sit eis. Similiter ad dedicationes, ad synodos, ad capitula venientibus, siue summoniti sint, siue per se quid agendum habuerint, sit summa pax. Etiam si excommunicatus aliquis absoluendi causa ad episcopum confugerit, absolutus, eundo, & redeundo, pacem dei & sanctæ ecclesiæ habeat. Quod si aliquis ei forisfecerit, episcopus inde iustitiam faciat. Veruntamen si quis arrogans pro episcopi iustitia emendare noluerit, episcopus regi notum faciat: Rex autem constringat malefactorem vt emendet cui forisfecit, scilicet, primum episcopo, deinde sibi, & sic erunt duo gladij, & gladius gladium iuuabit.

De iustitia Ecclesiæ.

Vbicunq; Regis iustitia, vel cuiuscunq; sit, placita tenuerit, si missus episcopi veniens illuc causam aperuerit sanctæ Ecclesiæ, ipsa primitus terminetur. Iustum est enim vt vbiq; deus præ ceteris honoretur.

De vniuersis de Ecclesia tenentibus.

Quicunq; de Ecclesia aliquid tenuerit, vel in *fundo *al.feudo.
ecclesiæ mansionem habuerit, extra curiam ecclesiasticam coactus non *placitabit quamuis forisfecerit, nisi i. litigabat.
(quod absit) in curia ecclesiastica de recto defecerit.

De reis ad ecclesiam fugientibus.

Quicunq; reus vel noxius ad ecclesiam causa præsidij confugerit, ex quo atrium ecclesiæ tenuerit, a nemine insequente nullatenus apprehendatur, nisi per pontificem aut ministrum eius. Quod si fugiendo domum sacerdotis vel curiam eius intrauerit, eandem securitatem

tem, & pacem habeat, quam & apud ecclesiam, dum tamen domus sacerdotis & curia eius in*fundo ecclesiæ consistant. Hic si latro vel raptor est, quod male cepit (si ad manum est) reddat, & si illud penitus extirpauerit, & de suo proprio vnde reddat habuerit, in integrum ei cui damnũ intulit restituat. Quod si more solito latro taliter egerit, & forte fortuito ad ecclesiam & sacerdotum domos frequẽter euaserit, ablatione restituta, prouinciam *forisiuret, nec redeat: Et si forte reditum fecerit, nullus eum hospitari præsumat, nisi a rege data licentia.

al.feudo.

Abiuration

i. iuret se minime rediturum.

lex Edw.

De fractione pacis Ecclesiæ.

7. Si quis vero sanctæ pacem Ecclesiæ *violenter infregerit, episcoporum est iustitia. Quod si nocens sententiam eorum diffugiendo, vel arroganter contemnendo despexerit, clamor de eo deferatur ad regẽ post xl. dies, & Regis iustitia mittat eum per vadimonium & plegios (si habere poterit) vsq; dum deo primitus, & ecclesiæ postea satisfaciat. Quod si infra xxxj. dies, siue per amicos, & notos, siue per iustitiam regis inueniri non poterit, *vtlagabit eum rex verbo oris sui. Si vero postea repertus fuerit, & retineri possit, viuus regi reddatur, vel caput eius si se defenderit. Lupinum enim gerit caput, quod Anglice wulfesheofod dicitur. Et hæc est lex communis & generalis de omnibus vtlagatis.

al. violauerit.

vtlagarie

i. omni legis patrocinio excludet.

De Decimis ecclesiæ reddendis,

de ouibus & porcellis.

8. De*omni annona decima garba deo debita est, & ideo reddenda. Et si quis gregem equarum habuerit, pullum reddat decimum: qui vnã tantum vel duas habuerit, de singulis pullis singulos denarios: Similiter qui vaccas plures habuerit, decimum vitulum: qui vnam vel duas, de vitulis singulis obolos singulos. Et qui caseum fecerit, det deo decimum: Si vero nõ fecerit, lac decimo die. Similiter agnum decimum, *vellus decimum*, caseũ decimũ, butyrum decimum, porcellum decimum.

*al. omniũ.

lex Edw.

De Apibus.

De Apibus vero similiter decima commodi. Quin & de bosco, de prato, & aquis, & molendinis, parcis, vinarijs, piscarijs, virgultis, & hortis, & negotiationibus, & omnibus rebus quas dederit dominus, decima pars ei reddenda est, qui nouem partes simul cum decima largitur. Qui eam detinuerit, per iustitiam episcopi & regis (si necesse fuerit) ad redditionem arguatur. Hæc enim predicauit Beatus Augustinus, & cócessa sunt a rege, Baronibus, & populo. Sed postea instinctu diaboli multi eam detinuerunt, & sacerdotes locupletes negligentes non curabant inire laborem ad perquirendas eas, eo quod sufficienter habebant suæ necessaria vitæ. Multis enim in locis modo sunt tres vel quatuor Ecclesiæ, vbi tunc temporis vna tantum erat, & sic ceperunt minui.

In alijs cóiuguntur hec duo capita.

8. De his qui ad iudicium ferri vel aquæ iudicati sunt per iustitiam Regis.

lex Edgari.

Die illo quo iudicium fieri debet, veniat illuc minister episcopi cum clericis suis, & similiter iustitia regis cum legalibus hominibus prouinciæ illius, qui videant & audiant vt æquè omnia fiant, & quos dominus per misericordiam suam, non per merita saluare voluerit, quieti sint, & liberè recedant, & quos iniquitas culpæ non dominus damnauerit, iustitia regis de ipsis iustitiã faciat. Barones vero qui suam habent *curiam de suis hominibus, videant vt sic de eis agant, quatenus erga deum reatum non incurrant, & regem non offendant. Et si *placitum de hominibus aliorum Baronum oritur in curijs suis, adsit ad placitum regis iustitia, quoniam absq; ea placitum *finiri non licet. Si quis baronum iustitiam non habet, in hundredo vbi placitum habitum fuerit, ad propinquiorem ecclesiam vbi iudicium regis erit determinandum est, saluo iure Baronum illorum. 9.

i. iurisdictionem. Court baron.

i. lis.

*al. fieri.

De Romescot.

lex Alured.

Omnis qui habuerit xxx. denariatus viuæ pecuniæ 10.

in domo sua, de suo proprio (Anglorũ lege) dabit denarium Sancti Petri: Et lege Danorũ dimidiam marcam. Iste vero denarius debet summoniri in solennitate apostolorum Petri & Pauli, & colligi ad festiuitatẽ quæ dicitur ad vincula, ita vt vltra illum diem non detineatur. Si quispiam detinuerit, ad iustitiam regis clamor deferatur, quoniam denarius hic Regis Elemosyna est, iustitia vero faciat denarium reddere, & forisfacturam episcopi & regis. Quod si quis plures domos habuerit, de illa vbi residens fuerit in festo apostolorũ Petri & Pauli denarium reddat.

De danegeldo.

Lex Eduardi

11. Danigeldi redditio propter pyratas primitus statuta est. Patriam enim infestantes, vastationi eius pro posse suo insistebant. Ad eorum quidem insolentiam reprimendam statutum est danigeldum annuatim reddi, scilicet 12. denarios ex *vnaquaq; hida totius patriæ, ad conducendos eos qui piratarum irruptioni resistendo obuiarent. De hoc quoq; danegeldo libera & quieta erat omnis ecclesia, & etiam omnis terra quæ in proprio dominio ecclesiæ erat vbicunq; iacebat, nihil prorsus in tali redditione persoluens, quia magis in ecclesiæ confidebant orationibus, quam in armorum defensionibus. Et hanc libertatem tenuit Anglorum ecclesia vsq; ad tempus Willielmi regis iunioris, qui de Baronibus totius Angliæ auxilium petijt ad Normanniam retiuendã de fratre suo Roberto Normanorum comite Ierusalem proficiscente. Concessum est ei, non lege statutum neq; firmatum, sed habuit necessitatis causa ex vnaquaq; hyda. 4. solidos, ecclesia non excepta, quorum dum fieret collectio proclamabat sancta ecclesia libertatem suam reposcens, sed nihil profecit.

*i. centum ingeribus, siue acris.

auxilium pecuniarium.

De pace regis.

Lex Alured

12. Pax regis multiplex est, alia enim data manu sua, quã Angli vocant. cyninger honde realde gryþ. Alia die qua primum coronatus est, quæ dies tenet octo. In natali

protection.

domini

domini dies octo, in paſchate dies. 8. in Pentecoſte dies
octo. Alia per *breue ſuum data eſt, Alia, quam habent i. litteras regias.
quatuor *Chemini, Watlingſtrete. Foſſe, Hikenildſtrete, i. viæ publicæ.
& Erningſtrete, quorum duo in longitudinem regni, a-
lij duo in latitudinem diſtenduntur. Alia, quam habent
aquæ nominatorum fluuiorum, quorum nauigio de di-
uerſis locis victualia deferuntur ciuitatibus vel burgis.
Illa autem manus ſuæ pax, & dierum coronationis, &
breuis, ſub iudicio vnius eſt foriſſacturæ: Similiter qua-
tuor cheminorum, & maiorum aquarum de *aſſaltu. De *al. aſſultu
opere vero ſi fiat, opus diſtruatur, & medietas emenda-
tionis dabitur. Quicũq; ſciẽter infregerit eam xviij. hũ-
dreda in danelaga, & corpus eius in miſericordia regis. *Compensatio mortis.*
Lege Anglorum, Were ſuum, id eſt, pretium ſuæ re-
demptionis, & manbote de occiſis erga dominos quorũ
homines fuerint interfecti. Manbote in Denelaga, de
villano & ſokeman xij. oras, de liberis autem homini-
bus, 3. marcas. Manbote vero Anglorum lege, regi &
Archiepiſcopo tres marcas de hominibus eorum pro-
prijs: Sed epiſcopo eiuſdem comitatus, & conſuli, & da-
pifero regis, viginti ſolidos: Baronibus autem alijs de-
cem ſolidos: Parentibus occiſi fiat emẽdatio, vel *guer- i. inimicitiæ.
ra eorum portetur, vnde Anglice prouerbium habetur,
Bẏᵹe ꞅpeꞃe oꝼ ꞅiꝺe. oþþe bæꞃ;, id eſt, eme lanceam a
latere, aut fer. Pax autem quatuor cheminorum, & pre-
dictarum aquarum ſub maiori iudicio continetur, quã
ſuperius diximus de *aſſaltu, Si vero molendina, piſca- *al. aſſultu
ria, vel alia quelibet opera, eius impedimentum facien-
tia preparẽtur, opera ipſa protinus deſtruantur, & che-
mini & aquæ vt fuerant primitus reparentur, & foriſſa- *viæ.*
ctura regis non obliuiſcatur. Chimini vero minores de i. non pretermittatur.
ciuitate ad ciuitatem ducentes, & de burgis ad burgos,
per quos mercata vehuntur, & cetera negotia fiunt, ſub
lege comitatus ſunt. Si quippiam operis ad eorum per-
turbationem erigitur, ſolotenus deponatur, & Chemini *+*
*mox reparẽtur, & ſecũdum legem comitatus eiuſdem *al. more ſolito.
erga comitem & vicecomitem emendetur. *Verum quod*

 modo

modo vocatur comitatus, olim apud Brytones temporibus Romanorum in regno isto Brytannia vocabatur consulatus. Et qui modo vocantur vicecomites, tunc temporis viceconsules vocabãtur, ille vero dicebatur viceconsul, qui consule absente ipsius vices supplebat in iure & in foro. Similiter de aquis fiat minoribus, naues tamen portantibus cum ijs rebus quæ necessariæ sunt burgis & ciuitatibus, saltem ligna & eiusmodi, cum lege minorum Cheminorum est & emendatio earum.

Diuisiones Scirarum, & hundredorum.

perambulation des countye

13. Diuisiones *Scyrarum regis proprie cum iudicio quatuor Cheminorum regalium sunt. Diuisiones hundredorum & Wapentachiorum comitibus, & vicecomitibus, cum iudicio comitatus pertinent.

i. Satrapiarum.

De thesauris.

Treasure trouee

14. Thesauri de terra domini Regis sunt, nisi in Ecclesia vel in cæmeterio inueniantur: Et licet ibi inueniantur, aurum regis est, & medietas argenti, & medietas Ecclesiæ vbi inuentum fuerit, quæcunq; ipsa fuerit vel Diues, vel pauper.

Lex Murdrorum.

Lex Canuti & Edw.

Murdre

15. Si quispiam *murdratus alicubi reperiebatur, querebatur apud villam vbi inueniebatur interfector illius Qui si inueniri poterat, tradebatur iustitiæ regis infra ipsos 8. dies interfectionis. Si vero inueniri nõ poterat, mensis & vnius diei respectum habebant ad eum perquirendum. Quod si intra terminum non inueniebatur, colligebantur in villa illa 46. marcæ. Quod si ad tantæ solutionem pecuniæ non sufficiebat, per hundredũ colligebatur, quod in villa non poterat. Veruntamen quoniam omnino villa cõfundebatur, prouiderũt Barones quod per Hundredum colligerentur, & sigillo alicuius Baronis comitatus sigillarentur, & ad Thesaurarium regis deportarentur, quas sigillatus ipse seruaret per annum & diem vnum, quod si infra hunc terminum possit *murdrator haberi, tradetetur iustitiæ regis, & ipsi marcas

i. interfector.

cas Thesaurario regis commendatas rehaberet. Sin infra tempus annuum non posset teneri, parentes murdrati sex marcas haberent, Rex quadraginta: Si parentes deessent, dominus eius reciperet: Si dominum non haberet, *felagus eius, id est, fide cum eo ligatus: Si vero nihil istorum haberet. Tunc rex regni (sub cuius protectione & pace degunt vniuersi) resumeret illas sex marcas cum suis quadraginta.

i. socius, & vitæ comites.

De inuentione Murdri.

Murdra quidem inuenta fuerunt & constituta in diebus Chnuti Dani regis, qui post acquisitam Angliam & pacificatam rogatu Baronum Anglorum remisit in Daciam exercitum suum. Ipsi vero Barones extiterunt fideiussores erga Regem, quatenus quotquot in terra secum retineret, firmam pacem per omnia haberent. *Veruntamen si quis Anglorum aliquem eorum interficeret*, si se super hoc defendere non posset iudicio Dei, scilicet, aqua, vel ferro, fieret de eo iustitia. Si autem aufugeret, solueretur vt supra dictum est. Iste vero Chnutus præfatus Rex, & Sueinus rex Danorum pater eius, & Lachmann Rex Sueuorum, & Olanus rex Norwegiæ, & Haroldus harefote rex Danorum filius Chnuti prædicti & *Elwinæ, & Hardocanutus rex Danorum frater suus filius Chnuti prædicti & Emmæ sororis Roberti Normannorum Ducis, & matris vltimi Edwardi, multa iura, & dignitates, & terras, & insulas a corona regni huius alienauerunt, & dilapidauerunt, & Dacis suis, & Norwegiensibus illas dederunt, qui regnum infestantes destruxerunt. Idcirco donationes, & alienationes eorum in irritum reuocari debent, & in nihilum reduci, & omnino extirpari. Ita fecit bonus Rex Edwardus, facta eorum in quantum potuit reuocauit, sed non potuit omnia reuocare. Non habuit vim quod potuit regnum in pristinum statum reducere, & reformare: seruauit sacramentum, fecit enim quod potuit. Temporibus vero Regum Danorum sepultum fuit ius in regno, leges & consuetudines simul sopitæ, temporibus illorum praua voluntas,

al. Elfginæ.

vis, & violentia magis regnabant quam iudiciũ in terra.

De regis officio, & de iure & appendicijs
corona regni Brytanniæ. Lex Edwardi.

Rex autem quia vicarius summi regis est, ad hoc est constitutus, vt regnum terrenum, & populum domini, & super omnia Sanctam veneretur ecclesiam eius, & regat, & ab iniuriosis defendat, & maleficos ab ea euellat, *& destruat, & penitus disperdat.* Quod nisi fecerit, nec nomen regis in eo constabit, verum testante papa Ioanne nomen regis perdit. Cui Pipinus & Carolus filius eius *necdũ reges sed principes sub rege Francorũ stulto scripserũt, querentes si ita permanere deberent Francorũ reges solo regio nomine contenti, a quo responsũ est Illos decet vocari Reges, qui vigilanter defendunt & regunt ecclesiam Dei, & populum eius, imitati regem psalmographum dicentẽ, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, &c. *Debet vero de iure rex omnes terras & honores, omnes dignitates & iura & libertates corone regni huius in integrum cum omni integritate & sine diminutione obseruare, & defendere, dispersa, & dilapidata, & amissa regni iura in pristinum statum & debitum viribus omnibus reuocare. Vniuersa vero terra & tota, & insula omnes vsque Norwegiam & vsque Daciam pertinent ad coronam regni eius, & sunt de appendicijs & dignitatibus regis, & vna est monarchia, & vnum est regnum, & vocabatur quondam regnum Brytannie, modo autem vocatur Regnum Anglorum. Tales enim metas & fines vt predictæ sunt, constituit & imposuit corona regni dominus Eleutherius papa sententia sua anno sexagesimo septimo post passionem Christi, qui primo destinauit coronam benedictam Brytannia & christianitatẽ deo inspirante Lucio regi Brytonum. Debet etiam Rex omnia rite facere in regno, & per iudicium procerum regni. Debet enim ius & iustitia magis regnare in regno quã voluntas praua. Lex est semper quod ius facit, voluntas autem, violentia & vis non est ius. Debet vero Rex deum timere, super omnia et diligere, & mandata eius per totum regnum suum seruare. Debet etiam Sanctam Ecclesiam regni sui cum omni integritate & libertate iuxta constitutiones patrum*

*al. nondũ.

Regis munus.

&

& predecessorum seruare, fouere, manutenere, regere & contra inimicos defendere, ita vt deus pre ceteris honoretur, & pre oculis semper habeatur. Debet etiam bonas leges, & consuetudines approbatas erigere, prauas autem delere, & omnes a regno deponere. Debet iudicium rectum in regno facere, & iustitiam per consilium procerum regni sui tenere. Ista vero debet omnia rex in propria persona, inspectis & tactis sacro sanctis euangelijs & super sacras & sanctas reliquias coram regno & sacerdotio & clero iurare, antequam ab archiepiscopis & episcopis regni coronetur. Tres enim rex habere seruos debet, scilicet, luxuriam, auaritiam, & cupiditatem, quos si habuerit seruos, benè & illustre regnabit. Regno omnia debet premeditare, & hoc regis est. Quia male cuncta ministrant impetus iuxta euangelium, Omne regnū in se diuisum desolabitur. iusiurandi regium.

Epistola domini Elutherij Lucio Regi Brytanniæ.

Anno. 169. a passione Christi, dominus Elutherius Papa Lucio Regi Brytanniæ scripsit, ad peticionem regis & procerum Regni Brytanniæ. Petistis a nobis leges Romanas & Cæsaris vobis transmitti, quibus in regno Brytanniæ vti voluistis. Leges Romanas & Cæsaris semper reprobare possumus, legem dei nequaquam. Suscepistis enim nuper miseratione diuina in regno Brytanniæ legem & fidem Christi, habetis penès vos in regno vtramque paginam, ex illis dei gratia per consilium regni vestri sume legem, & per illam dei patientia vestrum reges Brytanniæ regnum. Vicarius vero dei estis in regno iuxta prophetam regem. Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui inhabitant in eo, & rursum iuxta prophetam regem, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te deus tuus oleo letitiæ, pre consortibus tuis, & rursum iuxta prophetam regem, Deus iudicium tuum, &c. Non enim iuditium neque iustitiam Cæsaris. filij enim regis gentes christianæ & populi regni sunt, qui sub vestra protectione, & pace, & regno degunt, & consistant iuxta euangelium, quemadmodum gallina congregat pullos sub alis, &c. Gentes vero regni Brytanniæ & populi vestri sunt, & quos diuisos debetis in vnum ad concordiam, & pacem, & ad fidem, & ad legem Christi, & ad sanctam ecclesiam congregare, reuocare, fouere, manutenere, protegere, regere

*al. 156.

Rex vicarius dei, vel papa ipso testante.

& ab iniuriosis, & malitiosis, & ab inimicis semper defendere. Ua regno cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Non voco regem propter paruam, & nimiam ætatem, sed propter stultitiam & iniquitatem, & insanitatem iuxta prophetam regem. Viri sanguinum & dolosi non dimidicabunt dies suos &c. per comestionẽ intelligimus gulã, per gulam luxuriã, per luxuriã omnia turpia, & mala iuxta Salamonẽ regẽ. In maleuolã animã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Rex dicitur a regendo, non a regno: Rex eris dum bene regis, quod nisi feceris, nomen regis non in te constabit, & nomen regis perdes, quod absit. Det vobis omnipotens deus regnum Brytanniæ sic regere, vt possitis cum eo regnare in æternum cuius vicarius estis in regno predicto, qui cum patre & filio, &c.

Misericordia regis & perdonatio. Lex Edgar.

prerogative en pardoner.

18\. Iam si quispiam*forisfactus poposcerit regis misericordiam pro forisfacto suo timidus mortis vel membrorum perdendorum, potest Rex ei lege suæ dignitatis condonare si velit etiam mortem promeritam. Ipse tamen malefactor rectum faciat in quantumcunq; poterit quibus forisfecit, & tradat fideiussores de pace & legalitate tenenda: Si vero fideiussores defecerint, exulabitur a patria.

* i. rei capitalis reus.

De captiuis. Lex Edw.

19\. Habet etiam Rex alteriusmodi potestatem misericordiæ super captiuos. Vbicunq; enim venerit in ciuitatem, vel burgum, vel castellum, vel villam, vel etiam in via, si captiuus fuerit, potest eũ solo verbo soluere a captione. Solutus tamen satisfaciat cui forisfecit. Murdrator vero, vel*traditor, vel huiusmodi criminosus quamuis rex eis condonauerit vitam & membra, secundum legem nullatenus in patria remanebunt: Sed statim iurabunt se ituros ad mare infra terminum a iustitia eis constitutum, & mox transfretaturos quam cito habuerint nauem & ventum. Quod si periuri postea in terra remãserint, quisquis eos inuenire poterit, faciat de eis sine iudicio iustitiam. Et si quis eos gratis detinuerit, pro vna

* i. prodiror.

um

abiuration.

vna nocte sola maiori lege Anglorum vel Danorum emendabit, pro secunda duplici, pro tertia nocte socius cius & compar malefactorum iudicabitur. Si quidem tales habuerint vxores suas in patria subsistẽtes, & dixerit aliquis parentum murdrati eas nequitiæ fuisse participes, expurgent* se iudicio Dei, quas si clementia dei & innocentia sua saluauerit, remaneant legales cum dotibus suis & maritagijs. Pueri vero qui ante malefactum fuerint nati vel generati, non erũt exleges pro malefacto post generationes eorum *peracto, nec perdant hæreditatem,

i. Ordalio.

*al. perpetrato.

De friborgis.

Lex Alvredi.

Preterea est quædam summa & maxima *Securitas* per quam omnes statu firmissimo sustinentur, videlicet, vt vnusquisq; stabiliat se sub fideiussionis securitate quam Angli vocant freoborhges, soli tamen Eboracenses dicunt eandem tienmanna tala, quod sonat latine decem hominum numerum. Hæc securitas hoc modo fiebat, scilicet, quod de omnibus villis totius regni sub decennali fideiussione debebant esse vniuersi: Ita quod si vnus ex decem forisfecerit, nouem ad rectum eum haberent: quod si aufugeret, daretur lege terminus ei. xxxj. dierum: quesitus interim & inuentus, ad iustitiam regis adduceretur. Et de suo illico restauraret damnum quod fecerat. Et si ad hoc forisfaceret, de corpore suo iustitia fieret. Sed si infra predictum terminum inueniri non posset, quia in omni friborgo vnus erat capitalis quem vocabant, friborgesheofod, ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui friborgi, & de tribus friborgis sibi propinquioribus acciperet de vnoquoq; capitalem & duos de melioribus vnuscuiusq; friborgi si posset habere, & ita se duodecimo existente purgaret se & friborgũ suum (si facere posset) de forisfacto & fuga supradicti malefactoris. Quod si facere nõ posset, ipse cum friborgo suo damnum restauraret de proprio malefactoris

i. fideiussionem.

Tythynge. franci plegij.

i. fideiussorem primarium.

quamdiu duraret, quo deficiente de suo & friborgi sui perficeret, & erga iustitiam emendaret, secundum quod legaliter eis iudicatum fuisset. Tandem vero sacramentum quod non potuerũt adimplere per tres friborgos sibi viciniores per se ipsos iurarent, sese nullatenus fore culpabiles, & si quando possent eum recuperare adducerent ad iustitiam, aut iustitiæ dicerent vbi esset.

Court Baron.

De Baronibus qui suas habent curias & consuetudines. Lex Alvredi

21. Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Barones, *& omnes qui habuerint sacham & socam tol, theam, & infangthefe,* etiã milites suos, & proprios seruientes, scilicet, dapiferos, pincernas, camerarios, *pistores* & cocos sub suo friborgo habeant. Et item isti suos armigeros, vel alios sibi seruientes sub suo friborgo. Quod si cui forisfacerẽt, & clamor vicinorum de eis assurgeret, ipsi tenerent eos rectitudini in curia suo: illi dico qui haberent sacham & socam, thol, & theam, & infangthefe.

De Sacha.

proffittes & amerciaments de courts

22. Sacha est, quod si quilibet aliquem nominatim de aliquo calumniatus fuerit, & ille negauerit, forisfactura probationis vel negationis (si euenerit) sua erit.

De Soca.

23. Socha est, quod si aliquis querit aliquid in terra sua, etiam furtum, sua est iustitia si inuentum fuerit, an non.

De Thol.

Thol, a τέλος quod vectigal sonat. Est igitur Tholonium immunitas etc.

24. Thol (quod nos dicimus tholonium) est, scilicet quod habeat libertatem vendendi & emendi in terra sua.

De Theam.

25. Theam, quod si quispiam aliquid *interciet super aliquem, & interciatus non poterit warrantum suum habere, erit forisfactura sua, & iustitia similiter de calumniatore si defecerit.

*i. penès alium defendat.

De infangthefe.

26. Iustitia cognoscentis latronis sua est, de homine suo si

si captus fuerit super terram suam. Illi vero qui non habent has consuetudines, coram iustitia regia rectum faciant in hundredis, vel in Wapentachijs, vel in Scyris.

De hospitibus. Lex Alvredi

Si quis hospitauerit priuatū, vel alienum, qui anglice cuþ ⁊ uncuþ dicuntur, poterit eum noctibus habere duabus tanquam hospitem. Qui si forisfecerit, non incurrat dominus damnum pro hospite, veruntamen si cui damnum illatum fuerit, & ad iustitiam de eo clamorem fecerit, quod ipsius consilio malum factum fuerit, cum duobus legalibus vicinis suis purgabit se sacramento de consilio, & de facto: quos nisi habuerit, damnum emendet, & forisfacturam. Quem si tertia nocte hospitatus fuerit, & is alicui forisfecerit, habeat eum ad rectum tāquam de propria familia, quod Anglice dicitur, twa night gest. ðrid nigh agen hine; Quem nisi poterit ad rectum habere, habebit terminum predictum mēsis & vnius diei. Et si poterit inueniri malefactor, restauret damnum quod fecerat & emendationē si poterit, & de corpore si adiudicatum fuerit ei. Si vero malefactor non poterit damnum restaurare quod fecerat, hospes suus restaurabit, & forisfacturam: Et si iustitia habet eum suspectum, purgabit se iudicio hundredi vel Scyræ.

27. i. notus, vel ignotus — Lege Britto, cap. 12

i. duabus noctibus hospes, tertia familiaris habēdus est.

De animalibus, & alia re inuenta. Lex Alvredi

28. Trover.

Si quis adduxerit animal in villam, vel apportauerit pecuniam, & dixerit se inuenisse, priusquam in domum introducat suam vel etiam alterius, ante ecclesiam ducat, & coram sacerdote ecclesiæ, & preposito villæ, & melioribus hominibus totum ostendat inuentū quicquid sit: Præfectus villæ mox mittat ad quatuor villas propinquiores pro sacerdotibus & prepositis villarum, qui adducant secum tres vel quatuor de melioribus hominibus de vnaquaq; villa, quibus congregatis ostendatur totum inuentum. Postea vero testimonio ipsorum prepositus (de cuius dominio inuentor est) custodiat inuētum vsq; in diem crastinum. Die autem crastino cum ali-

liquantis vicinorum suorum qui viderunt inuentem, ad hundredi eat prefectum, in quo hundredo sua villa est, & ipsi ostendat totum. Et si homo alicuius domini sit in cuius terra inuentum est hoc, & dominus in cuius terra inuentũ est non habet consuetudines suas, scilicet, sake & soke, omnia tradat præfecto hũdredi (si habere voluerit) cum bonis testibus. Sed si dominus habuerit consuetudines suas, in curia domini rectum teneatur.

De Iudeis. lex Edw.

29 Sciẽdũ quoq; quod omnes Iudei vbicũq; in regno sunt, sub tutela & defensione regis ligea debent esse, nec quilibet eorum alicui diuiti se potest subdere sine regis licentia. Iudei enim & omnia sua regis sunt. Quod si quispiam detinuerit eos, vel pecuniam eorũ, perquirat rex si vult tanquam suum proprium.

De pace Regis. lex Edg.

30. Hi qui pacem regis habent, vel manu, vel breui, ei fideles existant. Ideoq; summa necessitas eis est, vt eam inuiolabiliter custodiant erga omnes, nec ob securitatẽ pacis adeptam detineãt rectitudines, vel seruitia dominorum suorum, sed nec vicinorum, quia non est dignus habere pacem, qui non diligit obseruare eam. Qui si nimis confidens in pace quam habet, per superbiam alicui forisfecerit, damnum restauret, & iterum tantundẽ, quod Angli vocant Artrnihilthet. *al. atrnihilthet,

De emendatione pacis. lex Edg.

31. Pax data manu regis & octo dierum quibus primum coronatus est, & pax predictorum festorum, & pax per breue regis vnum habent modum emendationis, & hoc iudicio quod maius habetur in Seyra vbi pax fracta fuerit, verbi gratia. In Danelega per xviij. hundreda, qui numerus cõplet Septies viginti libras, & quatuor: quoniam forisfacturam hundredi dani Norwegienses viij. lib. habebant. Multiplicatis igitur octo per octodecem, faciunt centum & quadraginta quatuor. Et hoc non sine causa: De istis enim octo libris rex habebat centum

centum solidos , & consul comitatus quinquaginta qui tertium habebat denarium de forisfacturis : Decanus autem episcopi in cuius decanatu pax fracta fuerat reliquos decem · preter pacem regis, scilicet, de pace data manu regis, & de primo coronatu, & de supradictis festis, Natalis, paschæ, pentecostes.

Hinc dictus comes. Chronic. Bell. Gervasius Tilber.

Lex Alured.

De centurionibus & capitalibus friborgis.

Cum autē contingeret quod quidā stulti & improbi gratis, & nimis consuetè erga vicinos suos forisfacerēt, cæperunt sapientes adinuicem super hoc habere consilium, & statuerunt iustitiarios super quosq; decem friborgos, quos decanos possumus appellare, anglice vero *tienheofod dicti sunt, i. caput de decē. Isti inter villas & vicinos causas tractabant, & secundū forisfacturas emēdationes capiebāt, & concordationes faciebāt, videlicet, de paschuis, pratis, messibus, & de litigationibus inter vicinos, & innumerabilibus huiusmodi decertationibus que humanam fragilitatem infestant, & eam incessanter oppugnant. Cum autem causæ maiores erumpebant, referebantur ad superiores eorum iusticiarios quos supradicti sapientes super eos constituerant, scilicet, super decem decanos, quos possumus dicere centuriones, vel centenarios, eo quod super centum friborgos iudicabunt. 32.

Tithingmen.

*i. decemuir.

Hundredors.

De hundredis & Wapentachijs.

33. *Ewerwickshyre, Nicolshyre, Notinghamshyre, Leycestershyre, Northamptonshyre, vsq; ad Watlingstrete, & viij. milaria vltra Watlingstrete sub lege Anglorum sunt. Et quod Angli vocant Hundredum, supradicti comitatus vocant Wapentachium: Et non sine causa: Cū quis enim accipiebat præfecturam Wapentachij, die statuto in loco vbi consueuerant congregari, omnes maiores natu contra eum conueniebant, & descendente eo de equo suo omnes assurgebant ei. Ipse verò erecta lancea sua ab omnibus secundum morem fœdus accipiebat:

*al. Warwickshyre

præ/Wapentac.

bat: Omnes enim quotquot venissent cum lanceis suis ipsius hastam tangebant, & ita se confirmabant per cõtactum armorum, pace palam concessa. Anglice enim arma vocantur ƿæpnu, & taccare confirmare, quasi armorum confirmatio, vel vt magis expresse secundũ linguam anglicam dicamus Wepentac, armorũ tactus est. ƿepnu enim arma sonat, tac tactus est. Quamobrẽ potest cognosci quod hac de causa totus ille conuentus dicitur Wapentac, eò quod per tactum armorum suorum ad inuicem confœderati sunt.

De trihingis & ledis.

34. Erant etiam & aliæ potestates super Wapentachia quas vocabant ðrihingas, quod erat tertia pars prouinciæ. Qui vero super eas dominabantur, vocabantur ðrihingerefas, ad hos deferebantur causæ quæ non poterant definiri in Wapentachijs. Sicq; quod angli vocabant hundredum, isti Wapentachium, Et quod Anglice uocabant 3. vel 4. hundreda, isti vocabant ðrihinga, In quibusdã vero prouincijs anglice vocabãtur leþ quod isti dicunt trihinge quod autem in þrihinge definiri non poterat, ferebatur in Scyram.

De Greue.

35. Greue quoq; nomen est potestatis, latinorum lingua nihil expresſius sonat quam prefectura, quoniã hoc vocabulum adeo multipliciter distenditur quod de Scyra, de Wapentachijs (quemadmodum etiam est leþ) de hũdredis, de burgis, etiam de villis Greue vocetur. In quo idem sonare videtur, & significare quod dominus. Videtur etiam quibusdam Greue vocabulũ, esse nomen cõpositum ex Anglico, ȝriþ, & væ, latino. ȝriþ enim pax est, væ, miseria, ipso domino attestante, qui dicat, væ tibi Bethsaida, væ tibi Corozaim. Greue igitur ideo dicitur, quod iure debehat ȝriþ id est, pacem, ex illis facere qui

patriæ

patriæ inferunt væ, id est miseriam, vel malum. Teutonici etiam, & frisones, & Flandrenses, consules suos Mergreue, quasi maiores dominos, vel bonos pacificos vocare solent. Et sicut modo vocantur. Greue qui super alios prefecturas habent, ita apud Anglos antiquitus vocabantur Ealdopmen, quasi seniores, non propter senectutem cum quidam adolescentes essent, sed propter sapientiam. *Et similiter olim apud Brytones temporibus Romanorum in regno isto Brytanniæ vocabantur Senatores, qui postea temporibus Saxonum vt prædictum est vocabantur Aldermanni, non propter ætatem, sed propter sapientiam & dignitatem, cum quidem adolescentes essent, iurisperiti tamen, & super hoc experti. Et vt verum fatear, habent etiam Aldermanni in ciuitatibus regni huius in Balliuis suis, & in Burgis clausis, et muro vallatis, & in castellis eandem dignitatem, & potestatem, & modũ, qualem habent prepositi hundredorum & Wapentachiorum in Balliuis suis sub vicecomite regis per vniuersum regnum. Debẽt enim & leges, & libertates, & iura, & pacem regis, & iustas cõsuetudines regni, & antiquas a bonis predecessoribus approbatas, inuiolabiliter, & sine dolo, & sine dilatione, modis omnibus pro posse suo seruare. Cum aliquid vero inopinatum, vel dubium, vel malum, contra regnum, vel contra coronam domini regis, forte in Balliuis suis subito emerserit, debent statim pulsatis campanis quod anglice vocant* motbel *conuocare omnes, & vniuersos, quod Anglice dicunt* folcmote *i. vocatio & congregatio populorum, & gentium omnium, quia ibi omnes conuenire debent, & vniuersi qui sub protectione & pace domini regis degunt, & consistunt in regno predicto, & ibi prouidere debẽt indemnitatibus coronæ regni huius per commune consilium, & ibi prouidendum est ad insolentiam malefactorum reprimendam ad vtilitatem regni. Statutum est enim quod ibi debent populi omnes, & gentes vniuersæ singulis annis, semel in anno scilicet, conuenire, scilicet in capite kalendarum Maij, & se fide & sacramento non* fracto ibi in vnam & simul confederare, & consolidare sicut coniurati fratres ad defendendum regnum contra alienigenas, & contra inimicos, vna cum domino suo rege, & terras, & honores illius omni fidelitate cum eo seruare, et quod illi vt do-*

Aldermē.

i. violato.

mino suo regi intra & extra regnum vniuersum Brytanniæ fideles esse volunt. Ita debent facere omnes principes, & comites, & simul iurare coram episcopis regni in folcmote, *& similiter omnes proceres regni, & Milites, & liberi homines vniuersi totius regni Brytanniæ facere debent in pleno* folcmote *fidelitatē domino regi vt prædictum est coram Episcopis regni. Hanc legem inuenit Arthurus, qui quondā fuit inclytißimus rex Brytonum, & ita consolidauit, & confæderauerit regnum Brytanniæ vniuersum semper in vnum. Huius legis authoritate expulit Arthurus prædictus Saracenos, & inimicos a regno. Lex enim ista diu sopita fuit, & sepulta, donec Edgarus rex anglorū qui fuit auus Edwardi regis propinqui vestri illam excitauit, & erexit in lucem, & illam per totū regnum firmiter obseruari præcepit. Debent etiam vniuersi liberi homines totius regni iuxta facultates suas, & possessiones, & iuxta *catalla sua, & secundum feodum suum, & secundum tenementa sua, arma habere, & illa semper prompta conseruare ad tuitionē regni, & seruitiū dominorū suorū, iuxta præceptū domini regis explendū & peragendū. Non debent illa* inuadiare, nec extra regnū vendere, Sed hæredibus suis in extremis legare ad seruitiū tenementorū suorū dominis suis explendū cū opus adfuerit. Quod si quis eorum hæredes vel parentes nō habuerint, dominus suus illa recipiet: Et si dominum nō haberent, felagus suus, i. fide cum eo ligatus, si haberet illa reciperet. Si vero nihil istorum haberet, tunc regni sub cuius protectione & pace degunt vniuersi rex illa resumet. Vniuersi vero prædicti singulis annis in crastino purificationis beatæ Mariæ debent omni excusatione remota arma sua per vniuersum regnum ostendere, scilicet in ciuitatibus regni, & in burgis, & in castellis, & hūdredis, & Wapentachijs regni, secundum eis quod statutum est, & adiudicatum, & iuxta quod debent, & idcirco hoc fieri debet vno eodem die per vniuersum regnum, vt prædictum est, ne aliqui poßint arma sua familiaribus suis & notis accommodare, nec ipsi illa mutuo accipere, ac iustitiam domini regis defraudare, & dominum regem & regnum offendere. Si qui eorum infirmi fuerint, vel alijs de causis in regno occupati, vel vrgentissimis negotijs extra*

* i. res, facultates.

* i. pignori ponere.

Armure.

mustre.

tra regnum vel in regno detenti, inueniant alios pro semetipsis qui sufficienter hoc faciant, quod nisi fecerint, vicecomites, & Aldermanni & prapositi hundredorum, & Wapentachiorum, & cateri Ballivi domini regis illud domino regi grauiter emendare debent. Huius legis authoritate Æthelredus rex subito vno eodemque die per vniuersum regnum Danos occidit. Barones vero qui suas consuetudines habent, & qui suam habent curiam, de suis hominibus videant, vt sic de eis agant, & omnia rite faciant, quatenus erga dominum regem reatum non incurrant, nec coronã regni prædicti offendant.

Daci, qua auctoritate occisi.

De heretochijs, &c.

Erant & aliæ potestates & dignitates per prouincias, & patrias vniuersas, & per singulos comitatus totius regni prædicti constitutæ, qui Heretoches apud anglos vocabantur, scilicet, Barones, nobiles, & insignes sapientes, & fideles, & animosi, Latine vero dicebantur ductores exercitus, apud Gallos, capitales constabulary, vel mareschalli exercitus, Illi vero ordinabant acies densißimas in prelijs, & alas constituebant prout decuit, & prout melius eis visum fuit, ad honorẽ coronæ, & ad vtilitatẽ regni. Isti vero viri eligebantur per commune consiliũ pro communi vtilitate regni, per prouincias & patrias vniuersas, & per singulos comitatus in pleno Folcmote, Sicut & vicecomites prouinciarum & comitatuum eligi debent: Ita quod in quolibet comitatu semper fuit vnus Heretoch per electionem electus, ad conducendum exercitum comitatus sui iuxta preceptum domini regis, ad honorem & vtilitatem coronæ regni prædicti semper cum opus adfuerit in regno. Item qui fugiet a domino, vel socio suo pro timiditate belli, vel mortis, in conductione heretochij sui in expeditione nauali, vel terrestri, perdat omne quod suum est, & suam ipsius vitam, & manus mittat dominus ad terram quã ei antea dederat. Et si terram hæreditariam habeat, ipsa in manus regis trãseat. Et qui in bello ante dominum suum ceciderit, sit hoc in terra, sit alibi, sint ei releuationes condonatæ, & habeant hæredes eius pecuniam & terram eius sine aliqua diminutione, & recte diuidant inter se. Et qui terram acquietatam habet comitatus testimonio, habeat sine querela in die, & post diem ad dandum ei quẽ plus amabit. Et omnis sit venatione sua dignus in nemore, in cãpo.

Imperatores Belli.

Vicecomites olim electi.

po, in dominio suo, & abstineat omnis homo a venarijs regis, vbicunq; pacē eis habere voluerit, super plenā Witam, id est, forisfacturā. Et omnis homo pacem habeat eundo ad gemotū, vel rediēs de gemoto, nisi probatus fur fuerit: Et qui leges* apostabit, si fuerit anglicus, vel Dacus, vel Waliscus, vel Albanicus, vel insulicola, Werae sua reus sit apud regem, & si secundo id faciat, reddat bis Weram suam, & si quid addat tertio, reus sit omniū quae habebit. Itē aliud folkmote esse debet in quolibet comitatu, per prouincias & patrias totius regni praedicti vniuersas, scilicet in capite kl. Octob. ad prouidendum ibi quis erit vicecomes, & qui erunt eorum heretochij, & ad audiendum ibi iusta eorum precepta consilio & assensu procerum, & iudicio folkesmote: Et vt* Wardae iuste & rite obseruentur, & vt caute deinceps incendijs sibi illic prouideant, cum ad propria redibunt. Ita vero bis folkemote singulis annis semper celebrari debet per annum per vniuersos comitatus, & prouincias, & patrias vniuersas totius regni praedicti, pro pace, & stabilitate, & confirmatione regni, vt praedictum est, super plenam * Witam. Debet autem Scyremote bis, hundreda & Wapentachia duodecies in anno congregari, & septem diebus antea summoniri, nisi publicum commodum vel dominica regis necessitas terminum praeueniat. Debet etiam in London quae caput est regni & legum, semper curia domini regis singulis septimanis die Lunae Hustingis sedere, & teneri. Fundata enim erat olim & aedificata ad instar, & ad modum, & in memoriam veteris magnae Troiae, & vsque in hodiernum diem leges, & iura, & dignitates, libertates, regiasque consuetudines antiquae magnae Troiae in se continet. In ea itaque supersunt ardua cōpota, & ambigua placita coronae, & curiae domini regis totius regni praedicti, quae huc usq; & consuetudines suas vna semper inuiolabilitate conseruat, vbicunque ipse rex fuerit, siue in expeditione, siue alibi, propter fatigationem gentium & populorum regni, iuxta veteres consuetudines bonorum patrum, & praedecessorum, & omnium principum, & procerum, & sapientum seniorum totius regni praedicti.*

i. ad comitia. (*gemotū*) — i. violarit. (*apostabit*) — i. vigiliae. custodiae. (*Wardae*) — i. mulctam. (*Witam*)

privilesdge. — Turne. — Hustinges.

De illis qui possunt & debent de iure cohabitare, & remanere in regno Brytanniae.

Brytones vero Armorici cum venerint, in regno isto suscipi debent

bent, & in regno protegi, sicut probi ciues. De corpore regni huius exierunt quondam, de sanguine Brytonum regni huius. Guti vero similiter cum veniunt suscipi debent, & protegi in regno isto sicut coniurati fratres, sicut propinqui & proprij ciues regni huius. Exierunt enim quondam de nobili sanguine anglorum, scilicet de Engra ciuitate, & Anglici de sanguine illorum, & semper efficiuntur populus vnus, & gens vna. Ita constituit optimus Ina rex Anglorum, qui electus fuit in regem per Angelum, & qui primò obtinuit monarchiam totius regni huius post aduentum Anglorum in Brytanniam. Primus enim fuit Rex coronatus Anglorum & Brytonum simul manentium in Britannia post aduentum Saxonum germaniæ, scilicet, post acceptam fidem a beato Gregorio per S. Augustinum. Cœpit enim prædictus Ina in vxorem suam Gualam nomine, propter quam vocata est Wallia illa terra quæ quondam vocabatur Cambria. Bigamus enim fuit. Cœpit autē cum vltima vxore sua Cambriam, & Cornubiam, & Coronam benedictam Britanniæ, quæ fuerat vltimo Cadwaladro regi Britanniæ. Et vniuersi angli qui tunc temporis extiterunt, vxores suas cœperunt de Brytonū genere, & Brytones vxores suas de illustri sanguine & genere Anglorum, hoc est, de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune consilium & assensum omnium episcoporum, & principum, procerum, comitum, & omnium sapientum seniorum, & populorum totius regni, & per preceptum regis Ina prædicti. Multi vero Angli cœperunt vxores suas de sanguine & genere Anglorum germaniæ, & quidam angli cæperunt vxores suas de sanguine & genere Scotorum, proceres vero Scotorum, & Scoti ferè omnes cœperunt vxores suas de optimo genere & sanguine Anglorum germaniæ, & ita fuerunt tunc temporis per vniuersum regnum Brytanniæ duo in carne vna. Et taliter constituit rectum coniugium, (& deleuit fornicationem, & immunditiam a regno) & recta iudicia pro stabilitate regni, et confirmatione populorum benigna sedulitate. Et tali modo effecti fuerunt gens vna, & populus vnus per vniuersum regnū Brytanniæ miseratione diuina. Deinde vniuersi vocauerunt regnum Anglorum, quod antea vocatum fuit regnum Brytanniæ. Vniuersi prædicti semper postea pro communi vtilitate coronæ regni insimul & in vnum viriliter

De Ina rege.

Vnde Wallia nomē.

Hæc eadē habentur in Thoma Rodburne

contra danos & Norwegienses semper steterunt, & atrocissime vnanimi voluntate contra inimicos pugnauerunt, & bella atrocißima in regno geßerunt. Erat enim prædictus rex Ina optimus, largus, sapiens, prudens, moderatus, strenuus, iustus, animosus, & bellicosus pro loco & tempore, & in diuinis legibus, & in secularibus institutis, scriptis, & bonorum operum exhibitionibus irradiauit gloriosus, rexitq; regnum, confœderauit, & consolidauit, & in vnum pacificauit sapientia & prudentia magna, & vbi locus adfuit vi, & manu armata.

☞ *Qui vetus exemplar manu transcripsit, fatetur se hoc in loco descriptionem Brytanniæ (quod nihil non vulgare in se haberet) consultò prætermisisse.*

De iure & appendicijs coronæ regni Brytanniæ.

Arthurus qui fuit quondam inclytissimus rex Brytonum, vir magnus fuit et animosus, & miles illustris, parum fuit ei regnum istud, non fuit animus eius contentus regno Brytanniæ, subiugauit igitur sibi strenue Scantiam totam, quæ modo Norweia vocatur, & omnes insulas vltra Scantiam, scilicet, Islãdiam, & Grenlandiam, quæ sunt de appendicijs Norweiæ, & Snechordam, & hyberniam, & Gutlandiam, & Daciam, Semelandiam, Winlandiam, Curlandiam, Roe, Femelandiam, Wirelandiam, Flandriam, Cherrelam, Lappam, & omnes alias terras, & insulas orientalis occeani vsq; Russiam (In lappa scilicet posuit orientalem metam regni Brytanniæ) & multas alias insulas vltra Scantiam, vsquedum sub septentrione, quæ sunt de appendicijs Scanciæ, quæ modo Norweia vocatur. Fuerunt gentes feræ, & indomitæ, & non habuerunt dilectionem dei, nec proximi, quia ab aquilone pandetur omne malum. Fuerunt autẽ ibi Christiani occulte. Desiderantur nonnulla in exemplari.

Arthurus autem Christianus optimus fuit, & fecit eos baptizari, & vnum deum per totam Norweiam venerari, & vnam fidem Christi semper inuiolatam custodire, & suscipere. Cœperunt vniuersi proceres Norweiæ vxores suas de nobile gente Brytonum tempore illo, vnde Norwegienses dicunt se exiisse de gente, & sanguine regni huius. Impetrauit enim temporibus illis Arthurus rex a domino papa, & a curia romana, quod confirmata sit Norweia in perpetuum coronæ Brytanniæ, in augmentum

regni huius, vocauitque illam dictus Arthurus cameram Brytanniæ. Hac vero de causa dicunt Norwegienses se debere in regno isto cohabitare, & dicunt se esse de corpore regni huius, scilicet de corona Brytanniæ. Maluerunt enim manere in regno isto, quam in terra eorum propria. Terra enim eorum arida est, et mõtuosa, & Sterilis, & non sunt ibi segetes nisi per loca: Ista vero opulẽta est, & fertilis, & crescunt hic segetes, & cœtera vniuersa. Qua ex causa sæpius per vices gesta sunt bella atrocissima inter anglos & Norwegienses, & interfecti sunt innumerabiles. Occupauerunt vero Norwegienses terras multas, & insulas regni huius, quas adhuc detinent occupatas, nec potuerunt vnquam postea penitus euelli. Tandem modo confœderati sunt nobis fide & sacramento, & per vxores suas quas postea cœperunt de sanguine nostro, & per affinitates, & per coniugia. Ita demum constituit, & eis concessit bonus rex Edwardus propinquus noster, (qui fuit optimus filius pacis) per commune consilium totius regni. Qua de causa possint, & debent prædicti de cætero nobiscum cohabitare, & remanere in regno, sicut coniurati fratres nostri.

Lex *Noricorum*, & Danorum in Brytannia.

Erat etiam lex *Noricorum*, & Danorum, Norfolk, Suffolk, & Grantabridgeshyre, *Deira & insularum, scilicet, Cathenensium, Mannensium, Murtensium, & Orchadũ & Inchegalensium, & Ordacensium, & de Gurth* quæ habebant in emendatione forisfacturæ vbi supradicti comitatus habuerunt xviij. hundreda, ista decem & dimidium, & hoc affinitate Saxonum, quia tunc temporis maior emendatio forisfacturæ Saxonum fuit xliiij. lib. In omnibus alijs causis & forisfacturis eandem legem habebant cũ supradictis Norwegiensibus. Quam cum Rex Wilhelmus audisset cum alijs sui regni legibus, maxime appretiatus est eam, & precepit vt obseruaretur per totũ regnum. Proferebat enim quod antecessores eius, & omniũ Baronum ferè Normanorum, Norwegienses extitissent, & quod de Norweia olim venissent. Et hac autoritate leges eorũ *cum profundiores et honestiores omnibus alijs essent*, præ cœteris regni sui legibus asserebat se debere sequi, & obseruare. Quippe cum aliarũ legibus Nationũ, Brytonum

tonum scilicet, Anglorum, pictorum & *Scottorum* præpó-derassent. Quo audito, mox vniuersi compatriotæ regni qui leges edixerant, tristes effecti, vnanimiter deprecati sunt, quatenus permitteret sibi leges proprias, & cõsuetudines antiquas habere, in quibus vixerunt patres eorum, & ipsi in eis nati & nutriti sunt, quia durum valde foret sibi suscipere leges ignotas, & iudicare de eis quas nesciebant. Rege vero ad flectendum ingrato existente, tandem eum prosecuti sunt deprecantes, quatenus per animam regis Edwardi, qui sibi post diem suum concesserat coronam & regnum, & cuius erant leges, nec aliorum extraneorum exaudiendo concederet eis sub legibus perseuerare paternis. Vnde consilio habito, precatu Baronum tandem acquieuit. *Thomas vero Archiepiscopus Cantuariensis, & Mauritius episcopus scripserunt proprijs manibus omnia ista prædicta per preceptum prædicti regis Wilhelmi.* Ex illo igitur die multa autoritate veneratæ, & per vniuersum regnum corroboratæ, & obseruatæ sunt præ ceteris patriæ legibus leges Edwardi regis sancti, quæ prius inuentæ & constitutæ fuerunt tempore regis Edgari aui sui. Verum post mortem ipsius dimissæ sunt annis Circiter lxviij. Edwardus enim filius, eius hæres, scilicet, de vxore legitima natus, regnauit annis quatuor hebdomat. xvj. minus. Quo occiso innocente suæ dolo nouercæ, propter innocentem eius vitam, castam, & elemosynis plenam, interfectionem eius immeritam pro martyrio reputauerunt, eum & sanctum habuerũt. Post ipsum Ældredus unꝛæde frater eius regnum suscepit, & regnauit in multis aduersitatibus & periculis xxxviij annos. Post ipsum Ældredum Edmundus ẏꝛenꝛide filius eius regnauit ferè nouem mensibus, in quibus viriliter contra Regem Chnutum quinquies dimicauit. Vltimo vero bello peracto, concordes ad inuicem effecti sunt, regnumq; per medium diuiserunt: Et medietas Angliæ Chnuto, medietas altera cessit Edmundo, eo tenore, vt si quis eorum alterum superuiueret, regnũ superstes

i. consilij inops.

i. ferreum latus,

Aldredus Eborac, et Hugo Londinens. ut habem. Thom. Rod. burn. et Joan. Rossius.

perstes totum possideret, nec interim alteruter coronaretur. Firmata igitur taliter (vniuersis angliæ primatibus assensum prebentibus) inter se conuentione, primo post mense Edmundus ex hac luce (proh dolor) subtrahitur. Chnutus deinde suscepit totum angliæ principatum, regnauitq; ferè, xviij. annos. Quo defũcto, Haraldus *barefote* filius Chnuti & Eluinæ falso penè ab omnibus putatus, successit, & quinq; annos regnauit. Post quẽ Hardicnutus filius Chnuti, et Emmæ sororis *Roberti Normanorũ ducis, & matris regis vltimi Edwardi i. sancti, regnauit duobus annis, hebdomat, 12. minus: atq; sic completi sunt, lxviij. anni in quibus leges prædictæ fuerunt penitus prætermissæ. Sed postquam Rex Edwardus venit ad regnum, consilio Baronum Angliæ legem lxviij. annis sopitam excitauit, excitatam reparauit, reparatam decorauit, decoratam confirmauit, cõfirmata vero vocata est lex regis Edwardi, non quod ipse primus adinuenisset eam, sed cũ prætermissa fuisset, & obliuioni penitus dedita a diebus aui sui regis Edgari qui xvij. annos regnauit, & qui primus eius inuentor fuisse dicitur, vsq; ad sua tempora, videlicet vt prædictũ est lxviij. annos post dies ipsius Edgari, ipse Edwardus quia iusta erat, & honesta, a profundo abysso extraxit eam, & renouauit, & vt suam obseruandam contradidit.

*al. Ricardi

hec eadẽ in rodburno reperias.

Leges Edwardi cur dictæ.

Iste præfatus Edmũdus ẏꝑenſıꝺe habuit quendam filium Edwardum nomine, qui mox patre mortuo timore Chnuti regis aufugit ad regnum Rugorũ, quod nos melius vocamus Russiam. Quem rex terræ Malesclotus nomine, vt cognouit quis esset, honeste retinuit. Qui de nobili progenie ibidẽ duxit vxorem, de qua natus est ei Edgarus Ethelinge, & Margareta quæ fuit postea regina Scotiæ, & *Christina soror eius. *Fuit autem Margareta prædicta generosa valde, & optima, scilicet ex parte patris ex Nobili genere & sanguine regũ anglorũ, & Brytonũ, ex parte vero matris ex genere & sãguine regũ Rugorũ, sanctissimis antecessoribus suis in bonis, & laudabilibus actibus consimilis, præclara effulsit. erat enim de iure post decessũ Edgari Athelinge fratris sui, verus*

*al. Christiana.

heres vltimi regis Edwardj de corona totius regni prædicti, sed instinctu, peticione, & voluntate boni Regis Edwardi propinqui nostri, aliter mutatũ est, qui coronã nobis totius regni prædicti dedit, & regnũ prædictũ nobis iurare fecit, qui peroptime æquitatẽ, & scientiam, iustitiam, probitatemq́, nostrã nouit. Princeps vero Albaniæ duxit eam in vxorem casu fortuito. Picti enim a picto duce vocantur, Scotti vero Albaniæ, a Scotto duce. Est enim Albania pars monarchiæ regni huius, quod olim vocabatur regnum Brytanniæ. Cui Christinæ Edwardus dedit terram, quam habuit postea Radulphus de*Limiseia. Fuit enim prædicta Christiana soror Edgari Ethelinge, propter quẽ misit rex Edwardus auunculus eius, & fecit eum venire ad se. qui postquam venit non multum vixit, & vxor illius in breui temporis curriculo defuncta est. Rex vero Edwardus Edgarum filium eorum secum retinuit, & pro filio nutriuit. Et quia cogitauit ipsum hæredem facere, nominauit Ethelinge, quod nos Domicellum, i. damisell, Sed nos indiscrete de pluribus dicimus, quia baronum filios vocamus domicellos, Angli vero nullos nisi natos regũ. Quod si expressius volumus dicere, in quadam regione Saxoniæ, ling, imago dicitur, Athel anglice nobilis est, quæ coniuncta sonant, nobilis imago. Vnde etiam Occidentales Saxonici, scilicet Excestrenses, habent in Prouerbio summi despectus, hinderling, i. omni honestate deiecta, vel recedens imago. Rex autem Edwardus vt cognouit gentis suæ nequitiam, & præcipue superbiam filiorum Godwini, scilicet Haraldi, qui postea regnum inuasit, Tosti, Gurti, leofwini, & aliorum fratrum suorum, comperit non posse fore stabile vel ratum quod proposuerat de Edgaro Ethelinge, adoptauit Wilhelmum ducem normanorum in regnum, Wilhelmum dico Nothum, i. Bastardum, filium*Roberti auunculi sui, videlicet fratris matris suæ, virum strenuũ, bellicosum, & fortem, qui postea annuente Deo debellando supradictum Haraldum Godwini filium, regnum Anglorum victoriose adeptus est.

*al. Lunesi.

*al. Ricardi

pícti, & Scotti.

Damsell, & Ethelinge

Causa quã obrẽ Edw. Willm adoptaret in regni hereditate.

De latronibus.

De latronibus interfectis pro Latrocinio: Si quis post iustitiam factam fecerit clamorem ad iustitiarium quod iniuste interfectus sit, & iniuste iacet inter latrones, & dixerit quod velit hoc disrationari, det vadimoniū suū, & inueniat plegios. Tunc detur ei mensis & vnius diei terminus, vt tunc habeat parentes interfecti ex vtraque parte generis, scilicet ex parte patris xij. & ex parte matris sex. Quod si isti decem & octo velint disrationari cū illo qui primitus clamorem fecerat, & vadimonium dederat, Det vnusquisq; eorū suū vadiū cū gladio, & postea inueniat plegios tales qui possunt reddere forisfacturam, i. were suum, nisi possint disrationari quod dicunt. Tunc demum interfector suum det vadimonium, & inueniat plegios quod iuste interfectus est, & merito iacet inter latrones secundum legem sicut latro: Et primum ostēdat quo latrocinio, & qua ratione interfectus est. Quod si recognouerit quod viuus captus sit, nominet iustitiarium, & iudicem, & de vicinis testes legales. Qui si *warrantizauerint quod recte facta sit iustitia de ipso secundum latrocinium, quietus erit interfector illius. Ipsi vero qui clamorem fecerant, emendent sua vadimonia super iudices, & testes. Et si disrationatum fuerit quod iniuste sit interfectus, interfector dabit vadimonium iustitiæ episcopi, & fideiussores inueniet rectū persequendi. Deinde iustitia episcopi faciat inuenire processionem cum sacerdote induto alba, & manipulo, & stola, & clericis in suppellicijs cum aqua benedicta, & cruce, præcedentibus candelabris, & thuribulo, cum igne, & incenso, & amici extrahant mortuum deferētes in feretrum, & portātes eum ad ecclesiam. Ibi missa pro defuncto celebrata, & cœtero peracto officio, interrent eum vt decet christianum. Ab ipso vero die in sexdecem diebus reddat interfector episcopo tres forisfacturas, vnam quia legalem pro latrone interfecerit, alterā quia fratrem suum pro latrone interrauit, quod angli dicunt his*emne cpiſten: tertiam, eo quod vadimonium dedit ad disrationandum se, & non potuit.

*i. in se susceperint.

*i. fratrem in Christo

De vsurarijs. Lex Edward.

veies Glandvill fol. Gervas. Tilber. 37. Vsurarios quoq; defendit Rex Edwardus, ne remaneret aliquis in toto regno suo: Et si quis inde conuictus esset, quod fœnus exigeret, omni substantia propria careret, & postea pro Exlege haberetur. Hoc autem asserebat ipse rex se audisse in curia regis Francorũ dum ibidem moraretur, quod vsura radix omniũ viciorum esset

De emptionibus sine fideiussoribus, quod anglice dicitur fastermannes. Lex Edgar.

38. Prohibitũ erat etiã in eadem lege, ne quis emeret viuum animal, vel pannum vsatum sine plegijs, & bonis testibus. Si esset opus aureum vel argenteum vnde emptor dubitare possit, non emeret absq; aurifabris, vel monetarijs. Qui si vidisset quod esset de ecclesia, vel de thesauro, non emisset sine plegio: Si vẽditor careret plegijs, retineretur cum censu donec venisset dominus eius, vel alter qui posset bene eum warrantizare. Si quis hominũ aliter emeret, quod stulte emisset, cito perdet, & forisfacturam. Postea inquisisset iustitia per *lagamannos, & per meliores homines de burgo, vel de villa, vel de hundredo, vbi mansisset emptor, & de quali vita fuisset, & si vnquã audissent eum calumniari de exlegalitate: Quod si testarentur eum de bona vita, & legalitate, purgaret se iudicio comitatus quod venditorem nesciret reum de hac venditione, nec de aliqua alia exlegalitate: Et si sciret venditorem suum qui esset, vel vbi fuisset, diceret: Iustitia vero quæreret eum ad faciendam de eo iustitiã, qui si inueniri non possit, vtlagaretur.

i. legitimos viros.

De odio, et atia.

De Emptoribus, & machecarijs.

39 Cum autem dictum est, quod nullus hominum emeret absq; plegijs animal viuum, clamauerunt machecrarij de ciuitatibus & burgis, quos Angli vocant fleshmõgers, quod vnaquaq; die oportebat eos animalia viua emere, occidere, & vendere: Nam in occisione animaliũ erat vita eorum. Vociferabantur etiam ciues, & *Burgenses, & populus pro consuetudinibus suis, eo quod circa festum sancti Martini cõsueuerant animalia in fo-

i. carnarij & lanii.

i. oppidani

ro mercari sine plegio ad occisiones contra Natale domini faciendas. Murmur etiam multus super hoc edicto erat in turba. Quare vt æstimo, si quæreretur ibi (vt fit in quibusdam congregationibus) placet? redderetur, non placet. ibi etiam si adesses, audires fundere secreta diuisos aure susurros, & clamores, & vòceferationes, & murmurationes tumultuantium populorum. Et laudatum est regi quatenus consuetudines iustas, & sapienter deductas non auferret eis, tamē in foro regio empto mercato suo cum testibus & cognitione vendentium.

De Ducibus Normanorum in Neustria, quæ modo vocatur Normannia.

Primus Normāniæ dux Rollo, qui etiam Robertus in Baptismo dictus, annos, 30. regnauit, VVilhelmus filius, xxv. Richardus senior. 53. Richardus secundus. 30. Richardus tertius vnum annum. Robertus frater eius octo, VVilhelmus Bastard comes. 30. postea. 22. annis fuit rex Anglorum. Richardus igitur senior habuit filiam nomine Emmam, quæ nupsit Aeldredo Regi Anglorum, ex qua idem rex genuit Edwardum et Aluredum. Tempore autē Richardi secundi, Aeldredus Rex Danos in Anglia occidi fecit, ob quam rem Suanus Rex Danorum Angliam inuasit, & obtinuit, Aeldredus vero cum vxore sua & filijs profectus est in Normanniam ad Richardum secundum vxoris suæ fratrem, Normanniæ ducem. Suenus nō multo post moritur, & in Daciam defertur tumulandus. Interea Eldredus cum vxore ad regnum suum reuertitur, filijs suis cum auunculo demissis. Sueino tumulato, Chnutus filius magna cum classe (adductis secum Lachiman rege Sueuorum, et Olauo rege Noricorum, qui apud Rothomagum baptizatus est) thamisiam intrauit, & Aeldredum Regem intra Londinum obsedit, qui obsessus infirmitate præuentus moritur. Chnutus vero regno potitus, prædictam Emmam reginam accepit coniugem, ex qua genuit Hardecanutum regem Danorum, & filiam nomine Gunnildam, quæ nupsit Henrico imperatori Romanorum. Interea defuncto Richardo secundo, Richardus filius eius successit ei vno anno. Quo mortuo Robertus filius eius successit. Qui cupiens Edwardum in regnum restituere, Anglorum cum classe pontum ingressus, vento instante aduerso apud insulam Gerneswic diu detentus in Normaniam reuertitur: Deinde Ierusalem profectus, VVilhelmum filium suum paruulum reliquit hæredem. Expletoq; voto, repatriando moritur apud vrbem Niceam. VVilhelmo itaq; Normanniam Regente, Chnutus Rex Anglorum moritur, cui successit filius eius Haroldus Haresote ex concubina Elfgiua natus. Quod Edwardus indigne ferens, cum xl. nauibus apud Hamptonam appulit, resistentibusq; sibi Anglis capta præda Normanniam reuertitur. Interea Aluredus frater eius cum militibus plurimis in partem aliam ingressus, a Godewino comite hospitio susceptus, dolo noctu captus, cum suis vinctus, atq; Haraldo regi cum socijs missus, oculis priuatur socijs interemptis. Haroldus haresote* i. Leuipes.

quoq; non multo post moritur. Cui succeßit Hardecanutus a Dacia regreßus, ex Emma Edwardi matre progenitus, qui fratrem suum antegenitum Edwardum e Normannia euocans secum habitare fecit: Qui infra duos annos defunctus, Edwardum reliquit hæredem. Hic bonus rex Edwardus regnauit annis. xxij. Sed carens sobole, VVilhelmo cognato suo Normannorum duci transmisit Robertum Cantuariensem Archiepiscopum, & de regno suo eum hæredem instituit. Sed & comitem Haroldum post eum misit, & de regno apud Rothomagum ei fidelitatem iurauit. Defuncto itaq; Edwardo, Haroldus regnum dolose inuasit & seditiose, & regnauit nouem mensibus, & vna cum magnis complicibus, & seductoribus, & socijs suis legitimum hæredem boni Regis Edwardi a corona totius regni prædicti iniuste, inique, & seditiose exhæreditauit. Quod VVilhelmus audiens, forti cum claße apud peuensellum appulit, ibiq; castro ædificato, apud Hastinges aliud condidit. Cui occurrens Haraldus cum Anglis sub hora diei tertia secundo Idus Octob. bellum intulit, in quo ipse Haraldus in primo conflictu occubuit, bello tamen vsq; ad noctem protracto. Richardus vero de Brionnia propinquus Roberti Normannorum Ducis, vir strenuus, magnus, & animosus, ipsum Haraldum percußit, et interfecit, sociosq; suos dense circumstantes vna cum genere suo penitus viriliter strauit, fugauit, & occidit. Qui Haraldus fuit postea clam quæsitus, & inuentus per signum quod habuit in pede inter cadauera mortuorum, & sepultus a clericis suis inculte in Capella de VValtham. VVilhelmus victor effectus in subsequenti Natali Domini, anno incarnationis Dominicæ, 1066. Londini Rex Anglorum, & totius regni huius Brytanniæ mox cum gaudio coronatur, Regnauitq; annis, 22. Obijt Rothomagi, & sepultus est apud Cadamurū in Abbatia Sancti Stephani quā construxerat. Regia autem vxor sua Matildis obijt Rothomagi, & sepulta est apud Gadomum in Abbatia Sancta Trinitatis, quam ipsa construxerat. Post quem regnauit VVilhelmus filius eius, 13. annis. Cuius anno nono peregrinatio multarum gentium facta est in Ierusalem contra Saracenos: Quarto vero anno peregrinationis capta est Ierusalem a Francis, & regnauit in ea dux Lotharingiorum Godefridus anno tantum vno. cui succeßit Baldwinus frater eius annis 18. Anno vero, 13. VVilhelmus rex anglorū, & totius regni, secundus, occiditur venando sagitta, in Anglia, & sepultus est in Cathedrali ecclesia VVynton. Erat autem miles strenuus, probus, animosus, Bellicosus, & largus, sed clerum odio habuit vniuersum. Habuit & tenuit ecclesia totius huius regni, & vniuersū regnum prædictum libertatem suam cum omni integritate & honore vsq; ad tempora istius VVilhelmi regis minoris, qui Rufus vocabatur, Donec eodem a Baronibus totius regni huius auxilium requirente, ad Normanniam retinendam de Roberto fratre suo, cognomento Curthose, Ierusalem proficiscente, conceßum est ei, non lege statutum tamen, neq; lege firmatū sed hac neceßitatis causa ex vnaquaq; hida sibi dari, iiij. sol. ecclesia non excepta. Dum nec collectio census fieret, proclamabat sacta ecclesia suā reposcens libertatē, sed nihil profuit. Iste rex regnauit, 13 annis, & VVyntonia sepultus est.

Haraldus interfectus.

Ex qualibet hyda 4. solidi.

Rerum in his libris memorabilium Index, in quo prior numerus folium, posterior capitulum monstrat.

Man-

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

FINIS.

